



# Methodica dialectices ratio, ad iurisprudentiam adcommodata.

<https://hdl.handle.net/1874/456704>

**METHODICA**  
DIALECTICES RATIO, AD IURIS PRV.  
dentiam adcommodata.

Authore Iohanne Apello, Iuris utrius  
usq; Doctore.

Norimbergæ apud Fridericum Peypus.  
Anno M.D.XXXV.

Ad Lectorem Thomas Venatorius.  
Seruat adhuc palmam picturae Cous Apelles.  
Olim quod Paphie pinxerit ora Deæ.  
Noricus arte sacras leges describit Apellus:  
Ordine quo positis quasq[ue] docere breui.  
Hoc maior Coo, quod mens est corpore maior:  
Et uox, quam spurce muta tabella Deæ.

EX EPISTOLA CLARISSIMI VIRI CLAVDII  
Canciuncule ad Iohannem Apellum. Anno  
M.D.XXXII. Mense Februario.

**A**TQ[ue] utinam tu, quo coepisti tenore progressus, ita pergas: ut supremam operam accipiant acutissime istæ traditiones Methodicæ, deinde in nullum premantur annum. Sed uelut liberali assertione, in lucem vindicentur: ac te seu uolēt seu nolente manumuntantur. Quo nomine eā haud dubiè gratiam initurus es: quam qui cæcis aut hallucinantibus expeditum reddiderint oculorum usum. Et iterum in fine Epistolæ. Sed heus tu Apelle celeberrime modis omnibus cura: ut huic tue Methodo eolophonem addas. Etenim ut olim nemo pictor inuentus est, qui Veneris eā partem, quam Apelles inchoatam reliquisset, absolucret. Oris enim pulchritudo re liqui corporis initandi spem auferrebat Tullio teste. Sic ea quæ Apellus non perficerit, propter eorum quæ fecit præstantiam, neminem esse reor persecuturum.

Caput      Primum de Definitione.  
Secundum de Diuinitate.  
Tertium de Causa.  
Quartum de Officio.  
Quintum de Adfini.  
Sextum de Contrario.  
Septimum de Circumstantijs.

Reuerendissimus

# REVERENDISSI

MO IN CHRISTO PATRI ET DOMINO, DOMINO

Iohanni à Choien: Episcopo Premisliensi; amplissimi  
Regni Poloniae supremo Secretario: Iohannes Apel-  
lus Iurisconsultus: Illustrissimi Principis Ducis  
Borussiae &c. Cancellarius S. D.



VM ANNOS AB HINC PLVS MINVS  
sexbeate Presul, cum familia mea et pau-  
culis aliquot equestris ordinis adole-  
scentibus scholasticis: propter epidem-  
iam, quæ tum Vuittenberge sequiebat: in  
oppidulum, tertium ab urbe lapide diuertissim. Ipsisq;  
adolescentibus, ne nihil ageretur, institutiones Iustini-  
ani Cesaris prælegerem. Venit mihi ita mentem, ut ip-  
sa dialectica eis perstringerem. Nimirum c*io*d uideret  
eos non satis intelligere: quid sit g*enus*, q*ue*d species,  
quid deniq*ue* pleraq*ue* eius artis: quæ iuris ci*l*ilis studio  
so scitu sunt ualde necessaria. Quod c*um* summis attin-  
gerem digitis, necq*ue* prorsus infeliciter hoc institutum  
procederet: addens subinde ex ipsis institutionibus &  
iure ci*uili* exempla. C*on*monefactus sum domum redi-  
ens ab amicis aliquot, ut repeterem: atq*ue* iuris prudenti-  
æ eam artem adcommodarem. Sub initium reluctatus  
sum quantum potui: quod uererer non omnibus for-  
tasse placere, in iuris ci*uili* tractatione aliquid inno-  
uari: non ignoras quid in alijs professionibus plerisq;

A ij

## EPISTOLA

accidisset. Vixtus tamen multorum precibus, abscondi  
me in angulum, & feci quod potui: Methodicam di-  
ctans & explicans, pro mea mediocritate, aliquot pri-  
uatis auditoribus, docendi rationē. Quam à Philippo  
Melanchthonē, preceptore meo nunquam penitendo  
didici. Idem egi exacto fere biennio, cum profectionē  
pararem in Borussios: nam id aliquot Borussijs, qui  
tum Vuitenbergæ discebant literas, à me flagitabant.  
Sed quia hæc scholia & dictata mea in multorum ma-  
nus, præter meam expectationem, peruenierūt: quæ e-  
go pomeria Vuitenbergensia putaui nunquam egre-  
ditura. Admonitus sum ab amicis per literas: ut nisi ea  
ederem, periculum esse, ne ab auaro aliquo Typogra-  
pho, nondum satis reuisa, non sine dedecore meo ede-  
rentur. Hac rationē motus ego, remisi libellum, cuius  
exemplar <sup>all</sup> ecum a' duxeram, non quidem absolutū  
(id quod <sup>rd</sup> extra Flacci præceptum, nouem annorum  
<sup>rex</sup> curriculū requirit) sed exemplis fere ducentis locu-  
pletatum, & castigatum quoquo modo, ex Borussijs  
in Germaniam: ut si sic uideretur amicis, Typographo  
aliquo diligenti traderetur excudendus. Verum tamen  
quia nimium fortassis dialecticis rationibus confisus:  
pleracq; non satis diligēter, præsertim nostri sæculi ho-  
minibus, tractata esse planum facio: adeo ut uulgi iudi-  
cium, meumq; laborem hūc sinistrē interpretatum iri,  
valde timeam. Perinde quasi hac uia uoluerim, nescio  
quām

N V N C V P A T O R I A.

quam gloriolam aucupari & in clarescere: neq; defun-  
ctorum manibus, neq; uiuorū existimationi parcere.  
Quæso omnes bonos per omnia sacra: ut putent me  
nullo sinistro instituto, necq; calumniandi amore ad  
hoc negocium ultro prosilijsse. Sed ab initio aliud lon-  
gè agentem inductum esse: atq; hodie uelle pro mea  
tenuitate, palām facere: quantum hæc ars in unaquaq;  
professione possit. Maluissēq; me huic arti inseruire  
potius, quām pleraq; non satis exactè explicata & di-  
cta dissimulare. Scio etenim habere me illæsam consci-  
entiam: & longè aliud, quām aliquis fortassis parum  
amicus calumniabitur, querere: dum à ueteribus satis  
tamen uerecundè dissentio. quòd cuius bono magis  
amica debeat esse ueritas, quām uel Socrates uel Pla-  
to. Necq; infitias eo, me Bartholi, Baldi et aliorū clarissi-  
morum interpretum atq; præceptorum meorum, qui  
eosdem scutì sunt, operi adiutum esse: ut id quicquid  
tandem est iuris ciuilis cognitionis: quod non ignoro  
perquām esse modicū: didicerim. Tantùm abest ut eo-  
rum authoritatem uel eleuare uel labefactare in uotis  
habeam. Hoc ipsum in præsentiarum pollicens & bo-  
na fide promittens: amico & æquissimo animo laturū  
me, si quis nostros quoq; lapsus nobis ob oculos po-  
suerit. Dummodo candide id ipsum fiat & citra inuidi-  
am. Neq; enim tantùm mihi uel fido uel tribuo, vt hec  
omnia pro oraculis haberi uelim: quòd non ignorem,

A iii

## EPISTOLA

iuxta Heracliti sententiam, ueritatem in profundum de-  
mersam esse: atq; Aristotelem scriptum reliquisse: men-  
tem nostrā se ad manifestissima naturae non secus ha-  
bere, ac noctuæ oculum ad solis lumen. Et me pariter  
esse hominem: proindeq; humani à me nihil alienum  
putare. Præsertim

Quando opere in longo fas est obrepere somnum.  
Nam etsi ad eam metam, ad quam anhelans propero,  
non peruenio: id saltem, nisi me fallunt omnia, efficio.  
Ut inueniatur aliquis, qui meo quantulocunq; exem-  
plo inductus: iuris ciuilis scientiam, id quod M. Cice-  
ro quondam in uotis habuit, ad artem tandem redu-  
cat. Quanquam enim Iustinianus suis institutionibus  
id ipsum non infeliciter præstiterit, & certa quedam  
atq; illa quidem potissima, iuris ciuilis capita indicaue-  
rit & perstrinxerit. Id tamen in tanta rerum uarietate tā  
breuib; uerbis factum est: ut à quo uis sine interprete  
facilē percipi non queat. Ut putem Methodicā hanc  
dialectices tractandi rationem, adiuuantibus nimirū  
exemplis istis, quæ pro meo modulo in lucem protu-  
li, ad interpretandas has institutiones & reliquū ius ci-  
uile, non parum profuturam. Necq; desunt ad hoc or-  
natissima celeberrimi uiri Claudijs Canciuncule topica:  
si cui simplicis thematis tractatio non sit satis, quā ego  
solam satis non esse, scio. Cæterū hæc non eo scribū-  
tur, quod putem sine hac docendi ratione, legum pru-  
dentiam

dentiam tradi haud posse: cum non ignorem multos celebres viros clarere hodie, qui sine hac tractatione ad fastigium huius artis siue cognitionis peruenere: quibus ultrò herbām porrigo, sciamq; meis collatum planē humi serperc. Sed q; a meo iudicio expeditius eum principia hac uia percipi queant. Necq; enim minus Romanū peruenit, qui pedibus iter facit, quam qui equo uehitur: attamē tardius & maiore negocio. Quin etiam gradiētem uilis & abiectus scipio promouet: maxime per uiam inuiam & salebrosam semitam: atq; cū iter est non unius diei, sed multorum mensum. Eum libellū ornatissime Presul, iuxta nuper in Regijs comitijs Petracouīg, à me factam promissionem, tuæ Celsitudini nouo Pontifici dedico. partim ut aliquam animi mei erga eam nouum honorem gratulandi significationē habeat: partim ut libellus ipse uicissim eius patrocinio gaudeat: qui non solum authoritate Pontificatus, sed & iuris diuini & humani atq; aliarū bonarū artiū sciētia preditus, ipsum à uituperonū linguis uindicare ualeat. Si quid mea illa infirmitate præstari poterit, quod ad R. T. Sublimitatis honorem augēdum

& amplificandum faciat: dabo operam ut diligenter prestem atq; sedulo. Quā in Christo Iesu bene ualere ualde cupio. Datę ē Regiomōte in Borussijs, calendis Aprilis. Anno à nato Christo seruatore.

M.D.XXXIII.

METHODICA DIALECTICES RATIO AD IURIS.  
prudentiam adcommodata. Proœmium.

**Q**uia dialectica in definitionem, diuisionem & specierum inter se collationē findunt & parciuntur: hi fortasse rudius docent, quām ī qui in iudicium & inuentionem: apertius tamen. Nos rudiores illos imitati, priores duas partes, nempe definitionem ac diuisionē, eaq; quae ad utrūq; pertinent, pro nostra uirili, tractabimus: adplicando eam artem ad iuris ciuilis professionē. Nam etsi Claudius Cauciuncula uir iuxtadoctus & diligens, in explanatione topicorum: nimirūm in ea parte quae est specierum collatio inter se: id ipsum non infeliciter tentauerit. Atq; ante eum olim Baldus Perusinus in .l. conuenticulam C.de epis. & cle. nuper uero Petrus Andreas Gammarus Bononiensis. Non tamen video uno in loco, tātū abest ut aliquo ordine, hanc simplicis thematis tractationē, ab aliquo iuris ciuilis interprete explicatam esse. Nisi quia Bartholus in .l.i. ff. de uulga. & pupilla. substi. & in tractatu testimoniorū, in uno & altero exemplo, hoc molitus est. Et Baldus prædicamenta passim non aliter tamē quām circumstantias tractat. Prōinde methodicam illam siue didacticam explicandi rationem, qua in simplici themate consistit, ego in sex capita siue partes partior & finido: uidelicet Definitionem, Diuisionem, Causam subaudi efficien-  
tem:

## P R O O E M I V M .

tem, nempe id quod rem ipsam efficit, in Effectum siue officium, quod à re ipsa fluit et fit, in Ad fine, quod aliquam cum re ipsa similitudinem habet, aliquam ad finitatem: neq; tamen res ipsa est. et in Contrarium, id quod cū re quæ controvèrtitur & explicatur pugnat: hoc est, quod rem uel quo minus oriatur impedit, uel iam ortam rursus tollit. Ut si uerbi gratia TUTELA ueniat explicanda: primum queras, quid sit. Et definit eam Seruius Sulpitius his uerbis. Tutela inquit est uis ac potestas in capite libero constituta, ad tuendum eū qui per ætatem sua sponte se defendere nequit: iure cuiusli data ac permisla. l.i. de tute. Deinde inuestiges quot habeat partes, quot species. Partes enumerabimus capite secundo. Species habet tres: testamentariam, legitimam & datiuam. Tertio loco, quæ sit tutelæ causa, unde fluat. Fluit autem à iure ciuili: sic namq; habet posterior definitiōis pars: iure ciuili data ac permisla. Quarto loco quæritur effectus & officium: hoc est, quid efficiat tutela: & exercet uim ac potestatem in caput liberū (id tamen quod cum iure naturæ siue gentium uidetur pugnare) & tuetur eum qui per etatem se nequit defendere: quæ est prior definitionis pars. Quinto ad fine habet tutela curam: magna siquidem est inter tutelam & curam adfinitas, magna similitudo: neq; tamen unum est alterum. Postremò contrarium est quod tutelā uel impedit, quo minus oriatur, uel iam ortā rursus tollit.

B

P R O O F I V M .

Vt si pubertatis fiat mentio : hæc etenim tutelā & quo minus oriatur impedit , eamq; olim ortam rursus tollit insti . quib . mo . tute . fini . Iam uides uniuersam dissiden- di facultatem consumptam esse : necq; posse aliquid ex- cogitari , quod detutela amplius dici queat : nisi latius & additis circumstantijs . Quandoquidem hæc omnia generaliter tantum prefati sumus . Nunc libet sin- gulas partes , singula capita singulatim & latius explicare : atq; circumstantias saltem perstringere .

D E D E F I N I T I O N E

Caput primum .

De

DEFINITIO VOCIS.



INITIO NOMINIS PRAECEDEIT DEFINITIONEM REI. Neq; enim probè defini-  
cris canem: nisi primum constitueris, an  
de animali siue terrestri siue marino: an  
uero de cœlesti sydere loquaris. glo. I.  
quocies de uer. obliga. Quæ est æquiuocationis &  
amphibologiæ adeo q; elenchi sophistici tractatio. Sic  
( ut addam exemplum quotidianum & uulgare ) cum  
explicas publicianam actionem & quæreris : an publi-  
ciana actio detur aduersus eum qui pro hærede pos-  
sideret : ab initio perstringendum erit tibi. Quid hac lo-  
quendi formula PRO HAEREDĒ POSSIDE-  
RE intelligi uelis. Vno etenim modo significat titulū:  
quales sunt p emptore, pro legato, p donato, p dere-  
licto, subaudi possidere, et similes. Alio uero modo nō  
etiam, sed pretextum tituli tantū , atq; adeo titulum e-  
mentitum: qualem habet prædo, raptor & is qui possi-  
det pro possessore, hoc est qui iustum possessionis sue  
causam non habet, iuxta distinctionem glo.rub.de usu  
cap. pro hære. Priore autem casu nō datur publiciana:  
posteriore datur maxime, ad exemplū petitiois heredi-  
tatis.l. pro hærede de peti.hære. Quam distinctionem di-  
ligentissimus interpres iuris civilis Iason May. si statim  
sub initium fecisset in. §. sed iste insti.de actio.longe mi-  
nore negocio eum locum explicuisse: & non tam  
molestus factus fuisset lectori. Ad hunc modum hæ-

vox: iterum: duas habet significaciones. Vno etenim modo significat δέντρον, hoc est secundum: altero τὸν μέτωπόν: hoc est saepius l. ueluti de edendo. Persuadere τῷ μέτωπῳ: nam & bonum consilium quās dando potest suadere & malum l.i. de seruo corrup. Hæc uocula: uix: duo atq; ea quidem ex diametro pugnantia significat. Vno namq; modo sumitur pro eo quod est, etiam l.uix certis de iudi, alio modo pro eo quod est, nullo modo l.tutor in prin.l.fi.in prin.ad S.C. Velle. Commendare significat laudare.l. si uero nō remunerandi, sed cum quidam mandati, significat quoq; deponere.l. commendare de uer. signi. Bifariam utitur Legislator uoce, generis, in eodem responso.l.in naue Sauphei locati. Deponere significat adponere to.ti.depositi.alibi uero transferre.l. si sponsus sponsæ sed si maritus de donationibus inter ui. & ux. Ius uarie sumitur.l. pe. & fi. de iusti. & iu. Decemuir bifariam usus est uoce, ui: cum dixit, uim ui repellere licet, perinde enim est, ac si dixerit: uim, hoc est uiolentiam licet pellere uiribus, authore Laurentio Valla in suis dialecticis. Quæ tractatio cum iuris civilis interpretibus in mentem nō ueniret, ex sed de pecunia autem constituta insti.de actio. collegerunt, stipulationem esse iuris civilis non generali. Quod etsi non sit improbe dictum: est etenim stipulatio iure civili inuenta: attamē ex eo loco non bene colligitur, Quandoquidē non facit Iustinianus inibi collatio-

DE DEFINITIONE.

collationem inter ius ciuile & gentium, sed inter ius ciuile & prætorium. Prò inde quemadmodum probè non colligitur, emptio est iuris ciuilis, quia non prætorij: ergo non est iuris gentium. Ita probè non colligitur: stipulatio non est iuris prætorij, quia ciuilis: ergo non est iuris gentium. Ut maximè iuris gentium non sit, id quod debet alia ratione probari, fortasse per l.i.loca.non uero excitato. §. colligi.

Porrò cum hæc æquiuocationis tractatio contineat plures species: propterea quòd Legislator passim non tam anxiè, sed uel ἐντλάστῃ, uel ταξιδιατικῶς, uel ἀναφορῇ κῶς, uel καταχρησιῶς & ciuili quodam modo loquatur. Nec enim semper sperauit futurum, ut suum responsum futuris casibus præiudicinm pareret, & pro generali lege recipereetur. Cum & Prætor sæpenumero nō satis scripserit. Verbis edicti multa defunt inquit Iuriscon: in, l.i. quod fal.tu.autho.nego.ges. esse dicetur. Libuit singulas species singulatim uel explicare, uel faltem perstringere.

Primum igitur prius quam rem ipsam definianus, dispietiendum erit quam latè uox ipse pateat: generice neutatur ea Legislator uel quiuis aliis pronuncians, an uero specificè. Vbi cum sæpenumero non aduertarent animum Cōmentatores, miris modis sudauerunt: in his tamen rebus quæ poterant sine magno negocio & haud difficulter explicari. Est autem sciendum carec-

## C A P V T I.

renos quarūdam rerum nominibus: quōd plura sint  
negocia, plures res, quām uocabula. l. iiiij. de prescrip-  
uer. tum tero per ~~κατάγοσι~~ generis uoce utimur pro  
specie. Sic M. Cicero in Topicis diuidit uxorem in  
matremfa. nempe quæ in manum uiri conuenit, cuius  
meminit Papinianus in l. ex ea parte .§. mulier de uer,  
obliga. & in eam quæ in manum uiri non conuenit:  
cui cū specificum nomen nō inueniret, adpellauit eam  
generis uoce, uxorem. In hunc modum iustitia diui-  
ditur in prudentiam, fortitudinem, temperantiam &  
iustitiam in specie. Prōinde cum Aristoteles dicit iu-  
stitiam in se uirtutes omnes complecti, de genere lo-  
quitur non de specie. Nam specifica iustitia ab alijs  
uirtutibus specie distat: tantum abest ut eas comple-  
ctatur. Cognatio diuiditur in agnationem & cogna-  
tionem. l. inter agnatos unde legit. Agnatio est in-  
ter eas personas quæ idem habent gentilitatis nomen,  
eadem imagines, eandem familiam, eadem sacra arg.  
l. i. de ritu nup. atq; adeo inter eas quæ sunt ex eodem  
masculo parente, Cognatio in specie à matre est. Pri-  
orem speciem Cicero libro primo de Oratore adpel-  
lat gentem: posteriorem, stirpem. Iam si generice  
utaris hac uoce uel impropriè: patruus & fratrī fili-  
us erunt cognati: si in specie & propriè, non erunt co-  
gnati, sed agnati arg. l. iurisconsultus .§. inter agnatos  
de gradib. & affini. Domitius Vlpianus in l. pecu-  
niæ uer-

D E D E F I N I T I O N E.

niæ uerbum de uer. signi. diuidit actionem in petitio-  
nem & actionem in specie: ut sit petitio in rem, actio  
in personam. Adoptio diuiditur in arrogationem  
& adoptionem l.i. de adop. Ius ciuale, in prætorium  
& ciuale. Pignus, in hypothecam & pignus. item  
seruiana insti. de actio. quod utinam considerassent  
iuris civilis interpretes in l.i. de pignora. actio. Præ-  
terea in  $\alpha\upsilon\tau\chi\phi\sigma\tau\pi$  & pignus. Antichresi utitur credi-  
tor, pignore non utitur l.si pecuniam de pigno. acti.  
l.si is qui bona de pigno. & hypo. Iurisdictio, in me-  
rum imperium, mixtum imperium & iurisdictionem.  
tametsi Barth. in l.ij. de iurisdict. om. iudi. ipsam iuris-  
dictonem in imperium & iurisdictionem diuidat: deinceps  
imperium in merum & mixtum. Pactum diui-  
ditur in transactionem & pactum. Transaction, in  
iusurandum, sententiam & transactionem l.i. ubi glo.  
& l.ij. de iureiu. Arbitrator, in arbitratorem & arbitrum  
l.societatem. & arbitrorum pro socio. Procurator,  
in defensorem & procuratorem: defensor est rei con-  
uenti, procurator actoris. tametsi defensor etiam ad  
pelletur, ipsius actoris procurator, qui specificum  
mandatum non habet l.seruum quoque. & ait præ-  
tor de procura. Manumissio, in emancipationem  
& manumissionem: ut prior sit filiorumfa: poste-  
rior seruorum. Permutatio, in do ut des, do ut fa-  
cias, facio ut des, facio ut facias & in permutatio-  
nem, iuxta sententiam Pauli de Castro in dic. l.ij.

## C A P V T   I.

de iure iu. Traditio, in dationem & traditionem .§. sic itaq; discretis institu. de actionibus . Nouatio, in delegationem & nouationem: delegatio est cū mutatur persona: nouatio, cum uel conditio uel dies uel fideiussor innouatur. Legatum, in fideicommissum & legatum .§. nostra autem insti. de lega. Iulius Paulus. l. ij. §. creditum si cer. pe. diuidit creditum in mutuum & creditum. Mutuum est cum ex meo tuum fit, atq; tantum dem redditur, hoc est idem in sua functione: creditum, cum eadem res restituitur. Sic creditur cōmodatario, depositario & creditori pignoris insti. quib. mo. re. cōtra. obli. quibus tamen non mutuo datur. glo. l. creditori .§. in bonis. in uer. credere. de priui. credi. Quo loco Iulius Paulus propriissime loquitur de genere: id quod ex. l. i. eo. ti. licebit colligere, cōtra Castrensis sententiam. Nā quemadmodū creditum est genus mutui & crediti specifici: ita res fungibilis est genus, pecunia, zinzi beris & uini: quātitas, numeri, pōderis & mēsuarē. id qd imposuit Castrensi: & nos in tractatiōe prae dicamentorū latius explicabimus. Atq; hoc est, quod tertia pars digestorum seu pandectarum generali rubrica notatur DE REBUS CREDITIS. pri mus uero in ordine titulus eiusdem partis specificam rubricam habet. Si certum, hoce est mutuum petatur condicione. Quod ut intelligamus hodie, eruditissimo uiro Gregorio Haloandro acceptum referimus.

Qui

D E D E F I N I T I O N E.

Qui laceras pandectas beneficio & impensa amplissimi ordinis Reipub. Norembergensis, patriæ nostræ dulcissimæ, integratæ pristinæ restituit. Stuprum diuiditur in adulterium, incestum & stuprum. l. inter liberas .§. i. &. l. si adulterium cum incestu de adulto, ut committatur adulterium in nuptam, incestus in consanguineam & stuprum specificum in uirginem siue uiduam honeste uiuentem. Instrumentum, in testes & instrumentum, id est tabulas. l. i. de fide instru. Preses, in pro consulem, legatum Cæsaris & praesidem, subaudi prouinciae. l. i. de offi. præsi. Eximere, in eripere & eximere, ut prius sit de manibus auferre per raptum: posterritus, alia ratione impedire & morem facere, quo minus in ius uocatus ueniat & se iudicio sistat. l. sed eximendi, ne quis eum qui in uis uo. est ui exi. Dies, in lucem & diem: lux est dies artificialis: dies uero naturalis uiginti quatuor horarum. l. more Romano de ferijs. Fugitiuus diuiditur in erronem & fugitiuum: rursus erro, in fugitiuum & erronem. l. quis sit fugitiuus. §. erronem de ædili. edict. Usucapio, in præscriptionem & usucaptionem. Poenam diuidit Iuriscon: in multam & poenam. l. aliud .§. i. de uer. signi. Spadonem, in castratum, thibiam, thlasiam & spadonem. l. Spadonum eo. ti. l. si serua seruo. §. si. de iure doti. Habere, in obtine re & habere. l. habere. βάλον, in τόξου & βέλον: ut prius sit telum quod ab arcu mittitur: posterius, quod mittis

C

tur etiam manu. l. si caluitur. Sponsio, in stipulationem  
 & sponsonem, quæ per sponsi interrogationem fit. l.  
 sponsio. Mulier, in puellam uiripotentem uirginem  
 & mulierem non uirginem. l. mulier de uer. signi.. Rele-  
 gatus, in deportatum & relegatum. l. relegatorum de  
 interdic. & relega. Ius iurandum diuidit Abb. Panor. in.  
 c. fi. de iureiu. in iudiciale & extra iudiciale: quod dicit  
 uendicare nomen sui generis. Barth. in .l. & ex diuerso  
 de reiuendi. diuidit fructus in ciuiles & naturales: rur-  
 sum naturales, in industriaes & naturales. Iniuria di-  
 uiditur in furtum, rapinam, damnum, adulterium, homi-  
 cidiu[m] & quicquid tandem non iure fit, atq[ue] in iniuriā  
 hoc est contumeliam. l. i. in prin. de iureiu. Sic etenim  
 præualuit hodie, ut hæc species priuati delicti, iniuria  
 potius quam contumelia adpelletur. Ius in re diuiditur  
 in dominum, quasi dominum & in ius in re specificū:  
 id uidelicet quod habet creditor pignoris uel hypothe-  
 cæ, is cui uel cuius prædio debetur seruitus, is qui tan-  
 tum habet retentionem non etiam actionem. Huc acce-  
 dunt quæ scriptum reliquit & Barth. & Iason in rub.  
 ff. solu. matri. super glo. fi.

**2** E regione quoq[ue] ex nonnullis speciebus per abusi-  
 onem facta sunt genera. Glandem adpellat legislator  
 omnem fructum qui in arbore nascitur: exemplo Græ-  
 ci sermonis ἐξόδια. l. qui uenenum. Tigni adpellatio-  
 ne in XII, tabulis omne genus materiæ ex qua ædi-  
 ficia

D E D E F I N I T I O N E :

ficia constant significatur .l. tigni. de uer. signifi. quin etiam ea quæ in uineis necessaria sunt , utputa pertice, pedamenta .l. i. & i. de tigno iniuncto. Fabros tignarios , omnes qui ædificarent .l. ferri. Telum: lapides , lsgna, fustes, gladios & alia innumera quæ iacimus .l. si caluitur de uerbo. significa. Ruptum intelligitur fractum, ustum , scissum , collisum , effusum & quoquo modo peremptum ac deterius factum .& capite tertio institu.ad .l. aquil. Verbo reficiendi : tegere, substruere, sarcire, ædificare: item aduehere , asportare ea que ad eandem rem opus essent , continentur .l. i. & deinde de riuis. Sepulchri adpellatione omnis sepulture locus continetur: præterea statua, monumentum & ossuaria. l. i. & .ij. & .ijj. sepulchri de sepul. uiola . Vincula adpellat iuriscon: custodiam , compedes , latumias atq; omnem deniq; corporis coërtionem .l. succurritur quibus ex cau. maio. Præterea eiusmodi alligationem , ut sine dedecore aliquis in publico adparere nō possit .l. in eadem causa eo. titu. Exercitor est qui tam nauim quam cauponam aut stabulum exercet . Instrumenta adpellat iurisconsul: in .l. i. de fide instrumen. & in .l. notionem .& instrumentorum de uer. significa. & eam probationem quæ sit instrumentis & eam quæ sit testibus. Tabulas adpellat omnem materiæ figuram; siue tabulæ sint lignæ, siue chartæ, siue membranæ, siue corium alicuius animalis, siue cuiuscumq; alterius

C ij

materiæ in quam scribatur, l.i. de bono poss. secun, t.  
bu. Ad hunc modum piscinam adpellamus aquam,  
non tantum quæ habeat pisces : sed eam pariter in qua  
animi gratia uel natamus uel lauamus. Insula olim nō  
erat nisi maris : quod sit in salo posita. mutata. a. litera  
in. u. hodie appellatur insula cuiusuis etiam fluminis.  
Equitem appellamus eum qui uel asino uel mulo uel  
camelo infidet: nedum equo. Aes distincta est species  
ab auro, argento, ferro atq; reliquis metallis. l. in uendit  
tionib; de contrahen. empti, plerumq; tamen pro au  
ro accipimus, l. etiam aureos de uer. signifi. s; penume  
ro pro argento, hoc est argentea moneta: perinde quasi  
sit genus cum reliquis speciebus collata. Non quia uo  
cis penuria hoc exigat: est etenim genus metallum. sed  
quia usu sic est receptum : ideo fortasse quod olim om  
nis pecunia fuerit ærea.

3 Deinde cum duæ uoces idem significant, non quia  
genus & species, sed alia quapiam fortasse mathema  
tica ratione: utra plus complectatur. Roma & urbs  
per antonomasian idem significare uidentur: prior ta  
men latius patet, posterior arctioribus finibus claudi  
tur. Cum urbis appellatio muris, Romæ uero continē  
tibus ædificijs finiatur atq; complectatur suburbium.  
l.i. & l.i. Alphenus de uer. signifi. Hoc modo custodia  
idē significare uidetur quod uincula: prior tamē uox  
non nisi publicam complectitur: posterior, & publi  
cam &

DE DEFINITIONE.

cam & priuatam. l. uinculorum eo. ti. Plebs & popu-  
lus idem alicui significare uideri possunt: plebs tamen  
non complectitur nisi cerdones & reliquam ciuitatis  
fecem: populus, etiam patritios & plebs autem insti-  
de iure natu. gen. & ci. Ad hunc modum plus est age-  
re quam contrahere. l. Labeo libro primo. Plus est re-  
stituere quam exhibere. l. plus est in restitutione. Plus  
est in munere quam in dono. l. munus. Penes te ampli-  
us est quam apud te. l. penes te. prius etenim significat  
possessionem: posterius solam detentionem. Alienatum  
plus est quam uenditum. l. alienatum. Plus est capere  
quam accipere: qui capit non restituit. l. aliud est cape-  
re. Plus est rationes reddere quam edere: tutor reddit:  
argentarius plerumque tantum edit. l. boues. & si. de uer-  
signi. Persuadere plus est quam compelli atque cogi pa-  
rere. l. i. de ser: corrup. Plus est parare quam emere. l. si  
quid earum. & i. de lega: iii.

Tum an propriè loquatur legislator, an impro-  
priè & ciuili quodam modo, atque ut Iurisconsulti uer-  
bo utrar ~~καταχεισινως~~. Id quod in citata. l. i. de pigno: a-  
etio: ab interpretibus non fuit animaduersum, dum  
Ulpianus ibi ( si igitur contractum sit pignus ) utitur  
uerbo pignoris pro hypotheca, atque adeo impropriè  
& abusiuè. pignus si quidem adpellamus quod tradis-  
tur: hypothecam, quæ tantum constituitur, nulla ra-  
tione habita an hæc res mobilis sit an uero immobilis.

C iii

arg. l. sciendum & creditor qui satisda. cogan. Nam  
 quod Iurisconsuli in l. plebs de uer. significa. pignus  
 propriæ rei mobilis ait esse: non uult dicere propriæ,  
 sed potius propriissime ac nimis anxiæ. Impropiæ &  
~~adparatæ~~ loqtur Prætor. l. ij. §. fi. quib. ex cau. in poss.  
 ea. Idem ei accidit in l. ait Prætor de senten. & re iudi-  
 dum iurisdictionem adpellat id quod est notio. Credi-  
 tores propriæ sunt qui dederunt pecuniam mutuo:  
 impropiæ, quibus quoquo modo debetur. l. credito-  
 rum cum l. sequen. de uer. significa. Vox: suum: in l.  
 quintus & argento de auro & arg. lega. denotat domi-  
 nium: atq; id quidem propriæ. In l. nihil dolo de regu-  
 lu. impropiæ denotat obligationem. Possessio impro-  
 priæ est proprietas l. interdum eodem titu. Proprielo  
 quimur de nouatione cum persona, conditio, dies aut  
 fideiussor mutatur: impropiæ cum pleraq; alia litis  
 contestatione nouantur. Impuberem adpellat Iurisconsul:  
 minorem XXV. annis: puberem, maiorem l. impu-  
 beribus de adqui. hære. utrumq; pariter impropiæ. In  
 l. traditionibus. C. de pactis utitur Legislator uoce tra-  
 ditionis impropiæ, nempe pro datione. Vicissim in  
 l. si ut certo & nunc uidendū, commodati, utitur uerbo  
 dare pro tradere. fa. lex si stipulatus de usuris. Impp.  
 in l. cogi. C. de peti. hære. bifariam utuntur hac uoce  
 tituli. Primum etenim pro uero titulo, quales sunt pro  
 emptore, pro donato, pro legato, pro derelicto & su-  
 miles

DE DEFINITIONE.

miles. Deinde uero pro quadam modificatione, iuxta  
Azonis interpretationem: qualem etiam habet præ-  
do & raptor. l. pro herede in fi. de peti. h̄ere. In. l. quale  
§. unde uidendum de arbi. Iuris cō: bifariam utitur hac  
uoce sententia. Iulius Paulus in. l. rectē de uer. signifi.  
partē adpellat speciem: negat enim usumfructū domi-  
nij partem esse, cum tamen sit ipsissima eius pars. l. iiiij.  
de usufruc. l. qui usumfructū de uer. obliga. uoluit au-  
tem dicere, non esse dominij speciem: quę est interpre-  
tatio Placentini in dic. l. rectē, cui nemo non subscribit.  
Pari negligentia architectus institutionum in. §. plebs  
de iu. natu. gen. & ci. genus adpellat totū, & specie par-  
tem. id qđ primus deprehendit Andreas Alciatus. Idē  
accidit passim Ciceroni, presertim uero libro. i. de Ora-  
thore. Quasi dominiū proprię adpellatur cū r̄es alicui  
tradita est à nō domino, iusto tñ mediante titulo: im. p  
prię quasi dominiū adpellatur utile. Ususfructus rerū  
fungibiliū pprię nō est, sed quasi usufructus. ff. de usu  
fr. ei. re. quę usu consu. Iuris cōsultus tamē in. l. sed & si  
possessori de iureiu. appellat usumfructū etiā quasi u-  
sumfructū, nempe rerū fungibiliū. Quasi possessio p  
prię est rei incorporalis. l. iiiij. §. si uiam de usucap. Im-  
proprię, etiam rei corporalis, quam solum detinemus.  
secundum Paulum de Castro in. l. i. C. de aliena. iudi-  
mutan. cau. fac. Angelus Aretinus in. §. appellantur  
institu. de excep. peremptoriam exceptionem uocat

enod

quamvis dilatoriam, quod perimit instantiam: & cōtrā dilatoriam, quamvis pereemptoriam, quod differat: & utrumq; parū propriè. Porro hic lapsus legislatori s̄e numero accidit in ijs uocib; que propter latinæ linguæ paupertatem, ut Ciceronis utar uerbo, & genus & speciem significant: quarum plura exempla iam antea proposui. id quod ex citata. l.i. de pignora. actio: licebit colligere.

**5** Præterea an legislator loquatur figuratè. Ironice loquitur in .l. antepe. C. de lega. Idem agit in .l. i. §. bestias uersiculo deniq; ibi. nisi in harena passi sunt se honorari, de postulan: In .l. sicut autē in prin: si seruit: uenidi: In .l. Ossidius uersi, pone inquit Imperator de legati: iuriscons: in .l. tres fratres de pactis & in .l. Lutius & Titia, familiæ ciscun: fratri appellatiōne complectitur sororem. In pleriq; locis masculinum concipiit foemininū .l. i. ubi Dynus & Barth: de uer: signis: Figuratè adpellat latam culpam latiorem. l. quod Nera, depositi: id quod admonuit Zasius. Figuratè utimur composito pro simplici .l. uerbum reddendi de uer: signi. & contrā, simplici pro cōposito. glo. fi: rub: soluto matri: ubi Barth: & Iason. Tempore, pro tempore .l. uerbum erit. Numero plurali, pro singulari .l. non est sine liberis: & contrā, singulari, pro plurali .l. in usu iuris de uerbo signi.

**6** Demum, quo uerborum ordine utatur, sic aliud est bono

D E D E F I N I T I O N E.

bonorum possessor, cui ad exemplum hæredis bona defuncti iure prætorio decernuntur: aliud possessor bonorum, qui rem aliquam possidet. arg.l.i.C. quorū bono.

7 Insuper an substantiue utatur uoce, an adiectiue.l. qui concubinam. § . qui quatuor de lega. iiij.

8 Postremò ut prius quām rem explicemus, diuidamus uocem. Ut cum exceptiō transactionis cōtrouer- titur, an sit litis finitæ, an uero ad merita tantum causæ opponatur. Nam ea quæ fit acceptilatōne litem per- mit, propterea quod neutra amplius obligatio extet: ea uero quæ fit pacto nudo, quia ciuilem obligationē quæ superest tollit, ad merita tantū causæ hoc est post acceptum iudicium et lite contestata opponitur. arg.l. sub prætextu, que est in ordine prior, C.de transacti .l. ii.j. ff. eo. ti. Præsertim cum ante litem cōtestatam nemo dicatur agere.l. amplius non petitum rem ratam habe. Quod discrimen ego pariter faciendum esse puto in- ter exceptionem iuris iurādi iudicialis & excep: iuris iu- voluntarij seu conuentionalis: ut prior sit litis finitæ, ad exemplum exceptionum solutionis & acceptilatio- nis: propterea quod utraq; obligatio, nimirum pro- pter iudicis autoritatē, sit sublata: posterior uero non item, ad exemplum pacti de non petendo: quod alte- ra obligatio, nempe ciuilis, adhuc supersit.

Hactenus perstrinximus æquiuocationem, hoc

D

C A P V T . I.

est uocis ipsius finitionem, queq; ad eandem pertinet.  
Cuius certe neglectus peperit nobis multos in iure ci-  
uili commentarios . Restat ut definiamus res ipsas.

D E F I N I T I O R E I .

Ad ipsius rei definitionem explicandā requiritur  
cum prædicabilium, hoc est, communium uocum: tū  
prædicamentorum siue categoriarum cognitiō.

Q V I N Q V E V O C E S .

Quinq; uoces sunt Genus , Species , Differentia,  
Proprium & Accidens.

1 Genus est uox quæ prædicatur de pluribus differē-  
tibus specie. ut animal, arbor, flos, frutex, frumentum,  
legumen, gemma, metallum, uirtus, nauis, res fungibi-  
lis, tutela, modus adquirendi dominium , dominium,  
contractus , delictum, obligatio, actio, possessio.

Genus est duplex: generalissimum , principalissi-  
mum seu summum . ut substantia, quantitas, qualitas  
& relatio; & subalternum, cuius exempla iam sunt ple-  
raq; recitata.

2 Species quam Cicero mauult adpellare formam,  
est uox quæ prædicatur de pluribus differentibus nu-  
mero. ut homo, quercus, narcissus, asparagus, siligo, fa-  
ba, smaragdus, aurū, tēpantia, nauis oneraria, zinziber,  
tutela testamentaria , aditio hæreditatis , dominij dire-  
ctum, emptio, furtum, obligatio ciuilis, actio persona-  
lis, possessio naturalis.

De

DE DEFINITIONE.

De genere & specie hic loquor propriè atq; non  
aliter quam dialectici: & l. sanctio legum de pœnis l.  
i. & ij. de adop. l. cōventionum de paētis. l. ij. de iureiu.  
l. i. in prin. de condic. sine cau. l. i. commodati. l. quesitū  
§. pe. ubi Barth. de fun. instruc. l. ij. §. adpellata si cer.  
pe. l. inter donum de uer. signi. l. species. de accepti. l. i.  
§. i. de interdic. institu. de iniu. in prin. Textus uero et  
iuris ciuilis interpretes speciem passim adpellant ge-  
nus: & indiuiduum, speciem. ut hominem, equum,  
bouem, genera: Titium, Bucephalum & hunc bo-  
uem, species. Sic loquitur dic. l. ij. in prin. &c. §. i. l. nō  
uidetur in iudicem de iudi. l. finalis de condic. ob cau. l.  
ostentum de uerborum significatio. l. cum certum de  
auro & argento legato. l. qui uxori. l. species eodē titu.  
& prin. insti. de dona. & luris cōsulti passim in trancta  
tione legatorum.

3 Differentia est que facit distare & differre unā spe-  
ciem ab alia. ut rationale: hac etenim differentia distat  
homo à boue & reliq; animatibus. Ego differentiarū  
tres species faciam capite secundo de diuisione.

4 Inter proprium & differentiam faciunt dialectici  
hoc discrimen: ut differentia sit pars rei, ut mentem ha-  
bere: proprium uero, rei effectus & officium, ut nume-  
rare, ridere.

5 Accidens nihil est aliud q̄z circumstantia. Juriscon.  
in. l. aut facta de pœnis enumerat septem. causam

D ij

C A P V T . I.

personam, locum, tempus, quantitatem, qualitatem & euentum

His quinque uocibus addi solet indiuiduum: non quia sit communis uox. prae*dicatur* etenim de una re tantum. sed quia in definitione specie*eius* fit metio. ut Sempronius, Bucephalus, hic bos, haec quercus, hoc uinum, tutela testamentaria Seij, dominium directum Caij, obligatio naturalis Pamphili

P R A E D I C A M E N T A.

Prædicamentorum siue categoriarum sunt quatuor. Substantia, Quantitas, Qualitas & Relatio: nam quod alij constituerunt dece*m*, affectato magis quam uero numero factum est authore Boethio Seuerino. Substantia est res quæ per se subst*at* & subsistit: & in qua haerent quantitas, qualitas & relatio: neque tamen uti prædicamenta, sed uti accidentia & circumstantia. ut homo, uinum, aurum. Est enim homo longus, breuis: obesus, gracilis: sunt homines multi, pauci. Est homo grammaticus, medicus: meticulosus, confidens: albus, niger. Est homo tutor, pupillus: pater, filius: dominus, seruus: miles, paganus: emancipatus, in potestate: suus, non suus: ingenuus, libertinus: decurio, centurio: doctus, indoctus. Præterea est uinum magnum, paruum: multum, modicum: graue, leue. Est uinum nouum, uetus: fugiens, non fugiens. Est uinum Rhenense,

DE DEFINITIONE.

nense, Hungaricum. Rursum est aurum magnum, paruum. Est purum, non purum. Est Arabicum, Indicum.


Substantiam adpellat Iuriscon: ἔνστια in I. in uen-  
ditionibus de contrahen. empti. Alij ut Sergius Flau-  
us & Plautus ἔνστια interpretantur essentiam, autho-  
re Fabio Quintiliano libro octavo & tertio suarum in-  
stitutionum.

Quantitatem, qualitatem & relationem dixi inhe-  
rere substantiæ, non ut prædicamenta sed ut circumstâ-  
tias & accidentia. Necq; enim probè dicitur, uinum est  
triens, uinum est albedo, uinū est Hungaria. Sed pro-  
bè dicitur, uinum est trientale, uinum est album, uinū  
est Hungaricum.

Substantiarum quædam est corporea, quædam  
incorporea. Corporea uel animata uel inanimata. Ina-  
nimata uel fungibilis uel nō fungibilis. Fungibilis ut  
uinum, zinziber, pecunia: non fungibilis ut ager, flu-  
mem, arbor.

D iii

C A P V T I.




DE DEFINITIONE.

Quantitatem hactenus nemo non diuisit in conti-  
nuam & discretam . Ego nostris legibus in seruicis di-  
uideo eam in Numerum , Pondus , & Mensuram . Quae  
diuissio à priore non longe abludit . Numerus ut duo ,  
tria , quinque , decem , centum , mille . Pondus ut sextans ,  
quadrans , triens , dodrans , pondius siue as , dupodus ,  
tripondius . Tam et si ueteres non solū pondera sic sint  
partiti : sed & numismata & hereditates , subindeq; res  
reliquas omnes , nimirum ad exemplum ponderis . Et  
nos hodie quoq; uinum , siliginem & auenam in hunc  
modum partimur . Mercatores maris Baltici , oceani  
Germanici ac Septentrionalis accole , eam partem imer-  
cium quam plaustrum accipit , ipsi q; lastam adpellat ,  
in duodecim lapides siue uncias partiuntur . Mensu-  
ra ut digitus , palma , pes , passus , stadium , miliare ,  
ulna , hemina , festarius , congius , modius , urna , am-  
phora .

Plercq; res eiusmodi sunt , ut & numerari & pon-  
derari & mensurari queāt . ut piper atq; similes . Plercq;  
ut ponderari & mensurari . ut butyrum , oleum . Plercq;  
ut numerari & ponderari . ut pecunia : hec etenim olim  
fuit ad pensa : unde pensio . Sententiae iudicum ait  
Plinius libro septimo epistolarum , numerantur non  
ponderatur ; id quod uidetur ei perquam absurdum .  
Simili ratione motus luriscon : in . l . ij . de uerbo . signi-  
horas diei ponderat non numerat : atque uult priores

C A P V T I.

quinque posterioribus septem prævaluere, propterea  
quod ad quodvis negocium cōficiendum, à prandio  
sumus inceptiores.




D E D E F I N I T I O N E.

Qualitas trifariam diuiditur. In ἐξηρτικῷ, hoc est habi-  
tum, Affectum & Qualitatem quae sensum mouet. Ha-  
bitus est qualitas uel animi uel corporis, quae agendi  
consuetudine paratur: quo facilius & certius aliquid  
agamus. arg. l. legatis seruis. § . ornaticibus de lega-  
iij. Animī ut grammatica, dialectica, rhetorica, medici-  
na, iuris prudentia. Corporis ut palestrica, histrioni-  
ca, ars pingendi, ars sagittandi. Rursum animi habitus  
alius est ipsius intellectus, aliis uoluntatis. Intellectus  
ut artes. Voluntatis ut uirtutes & uicia. Affectum  
sunt quatuor: leticia, dolor, spes, metus. Vergilius Ma-  
ro complexus est hoc hemistichio.

Hinc metuunt, cupiuntque dolent, gaudentque. & Hora.

Gaudeat an doleat, cupiat metuat, quid ad rem?  
Qualitates quae sensum mouent sunt: color, sonus,  
odor, sapor: & quae ad tactum pertinēt: duricies, molli-  
cies: caliditas, frigiditas: humiditas, siccitas. Nec tamē  
inuicem collatæ. alioqui etenim relatiōes potius erūt,  
quam qualitates: quemadmodum & habitus & affe-  
ctus inuicem collati.

E



Relatiuum est quod ad aliud refertur:qua ratione à Græcis ὥρος τι, hoc est ad aliquid adpellatur.ut libertas : refertur etenim ad seruitutem : ingenuitas ad libertatem. Et in summa , quidquid in uniuersa rerum natura non est uel substantia uel qualitas uel qualitas, in hunc

DE DEFINITIONE.


in hunc ordinem cogitur. Imo quantitates pariter & qualitates si quando conferantur inuicem.

Relatiua sunt triplicia: diuiduntur namque iuxta numerum priorum trium prædicamentorum, substantiae, quantitatis & qualitatis. Primum iuxta actionem & passionem. ut ius, tutela, occupatio, inuentio, traditio: usucapio, aditio heredita: dominium, actio realis. Emptio, locatio, mutuum, stipulatio: furtum, contumelia: obligatio, actio personalis: officium iudicis, exceptio: magistratus, ciuitas. Habent siquidem haec omnia quibus cum conferantur: tutela, pupillaritatem: dominium, mancipationem: obligatio, suam passionem, cuius nomine caremus: quemadmodum & plerisque alijs in relationum collatione. Atque huc confer omnia ea quae per nomina uerbalia in ius exprimuntur. ut acceptatio, nouatio, fideiussio, functio, communicatio, editio: queque cum singulis conferuntur passiones. Item uim, errorem, dolum, culpam, casum. Præterea quidquid in definiendo ius genus habet. ut iter, uia, actus, aqueductus, stillicidium, prospectus, usus, usus fructus, habitatio: atque omnes peraque seruitutes. Deinde iuxta æqualitatem & inæqualitatem. ut quinq[ue] collata cum quincque: quatuor collata cum sex. Do-drans, quadrans: bes, triës: semis collatus cum altero semis: se: quincux, septux. Vrna collata cum modio uel amphora. Hereditas: dos: supellex: penus. Postremo iuxta


similitudinem & dissimilitudinem . ut scientia , igno-  
rantia : iustitia , iniustitia . Lætitia , dolor : spes , me-  
tus . Dulce , amarum : calidum , frigidum : molle , durū .  
Atq; ea quidem omnia collata : alioqui etenim pleraq;  
uti diximus uel quantitates erunt uel qualitates . Nam  
& Aristotelem non dissimulare suas categorias esse  
permistas & confusas , author est Iohannes Ludouicu-  
sus Viues in libello de corrupta dialectica .

## Relatio


DE DEFINITIONE.



C A P V T . I.



DE DEFINITIONE.



## C A P V T . I.

Proinde uides q̄ consideratē Caius Iuriscon: defi-  
nierit h̄ereditatē in .I. nihil aliud de uer. signi. Cū enim  
h̄ereditas sit relatio iuxta æqualitatē & inæqualitatē:  
ipse definiuit iuxta actionē & passionem. Voluit au-  
tem aditionē h̄ereditatis potius, q̄ ipsam h̄ereditatē de-  
finire. Est etenim h̄ereditatis aditio modus adquirendi  
domīniū iure ciuili introductus, atq; adeo quēdā acti-  
o: h̄ereditas uero bonorū uniuersitas, quā reliqt post  
se defunctus. Quod si considerasset Barth: in rub. ff. de  
adqui. h̄eredi. in ea definitione explicāda, tantoperē nō  
fuisset anxious. Præterea uides uinū, zinziber & pecuni-  
am substantias esse; nempe rei fungibilis species. Men-  
suram, pondus & numerum, quantitates. Cōmunicati-  
onem uero rerum fungibilium, nihil aliud quām relati-  
onē. Ut minime sit lapsus uir doctissimus Vdalricus  
Zasius, qui genus unum & genera tria in rebus fungi-  
bilis esse dixit. quod nimirum iuxta diuersitatem ca-  
tegoriarum est admodum uere ac probē dictū. Necq;  
hic pugnabo, si quis uinum & pecuniā relationes poti-  
us dixerit: nos etenim utrumq; rebus natura fungibili-  
bus adsimilamus: nimirū quōd ars naturā imitetur. §.  
minorē insti. de adop. id quod docēdi gratia facimus.

Q V I N Q V E V O C V M E T P R A E-  
dicamentorum usus .

Iam cōmuniū uocū siue predicabiliū cognitio eō  
pertinet: ut cognoscamus qd sit genus, qd sit species:  
quām

DE DEFINITIONE

quām latē utrumq; pateat. Hominis legatum orationis compēdīo singulos homines complectitur. I. Mōius §. duorum de lega. ij. Hæredis appellatione, omnes significari successores credendum est. I. hæredis de uer. signi. Itidem quid sit differentia, quid proprium, quid accidens. Cathegoriarum uero siue prædicamentorum: ut in definiendo habeas, unde petas genus. Habet enim quoduis prædicamentorum peculiaria sua genera, speculiares species, speculiares differentias & peculiaria propria: utcumq; habeant plerumq; accidentia communia. Et propriē nihil aliud quām species definitur, atq; ea quidem per genus. Quòd si accidit ut genus ipsum definiatur, nempe subalternum: tum uendicabit sibi speciei locum: quòd aliud habeat supra se genus. id quod facit Seruius Sulpicius in definenda tutela. Præterea si definiatur individuum, ut & ipsum sit speciei loco: atq; species ipsa tantisper naturam generis induat. Cæterum genus principalissimum si ue summum nemo probē definierit; præsertim quantum ad genus adtinet. Nisi transcendentibus uocibus, quæ sunt ens, res, unum, aliquid interim utamur, dein dēq; addamus singulis aliquid loco differentiæ, quo à reliquis tribus exacte secernamus.

Admonemur à Boëthio ut à genere principalissimo ordiamur, ut uinum est substantia, corporea, inanima, fungibilis, mensuralis, deindeq; ex physicorum

F

scholis addamus differentiam. Triens est quantitas ponderalis, continens tertiam assis partem. Metus est qualitas ipsius affectus, metuens &c. Tuteia est relatio agens, iure, tuens &c. Seruius Sulpitius tametsi genus tam altè exorsus non sit; attamen differentiam expressit plenius .addens nimirum causam efficientem & personæ ipsius circumstantiam.

## DEFINITIONIS PARTES.

Definitio duabus partibus constat. primum generale; deinde differentia, quæ rem ipsam quam definimus ab alijs speciebus distare faciat, ut eam exactè cognoscamus. Barth. in. l. i. de testa. Porro quia magna est differentiarum penuria, Aristotele teste (qua etiam ratione, ut indicat Rodolphus Agricola, sit: ut negacionibus loco differentiarum sæpenumero utamur: & dicamus, irrationale, inanimatum, non fungibile, non iure &c. tametsi negacione nihil prouersus constituantur) addit Porphyrius proprium & accidens. Ego Melanchthonem imitatus, addo primum causam efficientem: deinde officium: postremò rei partes. Próinde quinque erunt definitionum genera. Definitio essentialis, quæ est differentiae seu proprij: cuius loco nos ea utemur, quæ est ex materia & forma: à causa: ab officio siue effectu: à partibus: & ab accidentibus.

Plerumque fit ut in definito genus obmittatur: per inde quasi alio qui satis cognitum, ut procurator est q aliena negotia mandato domini administrat. Lex est

DE DEFINITIONE

quod populus Romanus &c. subauditur enim iuris pars. Res iudicata est quæ finem controværpiarum pronunciatione iudicis accepit. I. i. dere iudi. Frumentum est quod arista in se cōtinet. I. frugem de uer. signi. Proximus est quem nemo antecedit: supremus, quem nemo sequitur. I. proximus eo. ti.

PRIMUM DEFINIENDI GENVS.

Definitio essentialis est, quæ explicat rei differentiā, ut homo est animal rationale. Vel quæ explicat proprium, ut homo est animal risibile: aut quod nouit numerare. Nam quemadmodum nullū animal præter hominem uititur ratione: ita pariter nullū præter hominē risdet aut numerat. Nisi enim gallina sit numerandi impenita, nunquam ad eundē locum tot poneret oua, quæ ei subinde auferuntur. Et nō errabit fortassis qui idē malit esse propriū quod est officium. Admonet nos Philippus eā definitionem quæ ex materia & forma cōflatur, nō longè ab essentiali abludere. ut si dicas homo est animal quod habet mentem sive rationem: perinde quasi animal materiam, mentem habere formam significet. Atq; hoc est quod Iuriscon:ait in. I. Iulianus .§. si quis rem ad exhi. mutata forma prop̄ interim substantiā rei. hoc est ut ego interpretor, differentiā essentialē. Forma siquidem est quæ dat esse rei dic. §. si quis rem: & I. si conuenerit .§. si quis sic de pigno. actione .I. Seis a .§. itē quero de auro & argē. lega. Iulius Paulus in. I.

## C A P V T . I .

Labeo & Sabinus de uer. signi. dicit abesse rem, cum  
abest forma. ut cum uestimentum est scissum, scyphus  
collisus. In plerisq; rebus etenim præstat forma mate-  
riæ. Materiam superabat opus, inquit Quidius libro  
secundo transformationum. Plerumq; plus est in ma-  
nus precio, quam in re, inquit Caius Iuriscon: in l.mu-  
lieris de uer. signifi. Próinde eas definitiones quæ mate-  
riam & formam continent, in præsentiarum docendi  
gratia, Essenciales adpellabimus. Seruus Sulpitius de-  
finit dolum his uerbis. Dolus est machinatio fraudu-  
losa, cum aliud agitur, & aliud simulatur. l.i. de dolo  
malo. Quam definitionem M.Cicero libro tertio Of-  
ficiarum Gallo Aquilio adscribit. Antistius Labeo de-  
finit alijs uerbis: uidelicet, omnem calliditatem, fallaci-  
am, machinationem, ad circumueniendum, fallēdum,  
decipiendum alterum adhibita dic. l.i. atq; huic posteri  
ori Domitius Vlpianus subscribit. Pactio est duoru  
plurimiæ in idem placitum & cōsensus. l.i. de pactis.  
Transactio est de re dubia & lite nondum finita, non  
gratuita pactio. l.i. de transacti. Sanctum est quod ab  
iniuria hominum defensum atq; munitum est. l. sanctū  
de re. diui. Thesaurus est quædam uetus depositio pe-  
cuniæ, cuius non extat memoria: ut iam dominum nō  
habeat. l.nunquam nuda de adqui. re. domi. Stipula-  
tio est uerborum conceptio, quibus is qui interroga-  
tur daturum facturum se id, quod interrogatus est, re-  
spon-

D E D E F I N I T I O N E.

spōdet.l.quinta.¶. stipulatio de uer. obliga. Satis acceptio est stipulatio, quæ ita obligat promissorem, ut ad promissores quoq; ab eo accipiantur dic. l.quinta .¶. satisacceptio. Usucapio est adiection dominij, per continuationem possessionis, temporis lege definiti.l.ij. de usucap. Testamentum est uoluntatis nostræ iusta sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri uelit.l. i. de testamen. Legatum est quædam donatio testamēto relictæ.l.legatum de lega.i. Alibi definit plenius. Legatum est delibatio hæreditatis, quam testator ex eo quod uniuersum hæredis foret, alicui quid collatum uelit. l.legatum de lega.i. Sepulchrum est ubi corpus ossaue hominis condita sunt. Monumentum, quod memorie seruandæ gratia existit.l.ij. de religio. & sumpti. fune. &.l.monumentum. Furtum est contrectatio fraudulosa uel ipsius rei, uel etiam usus possessionis: quod lege naturali prohibitum est admittere.l.i. de fur tis. Liber rationum siue ratio, ultro citroq; dandi, accipiendi, credendi, obligandi, soluendi, sui gratia negotiatio.l. si quis ex argentarijs .¶. rationem de edendo. Pauperies, damnuni sine iniuria facientis datum.l.i. si quadr.pau.fe.di. Latitatio, turpis occultatio sui.l. Fulcinius .¶. quid sit autem quib. ex cau. in possess. ea. quæ definitio Ciceronis est. Peculium, quod seruus domini permisſu, separatum à rationibus dominicis habet: deducto inde si quid domino debetur.l. depositi .¶.

F ij

si. de peculio. Nec spes libertatis erat, nec cura peculi,  
inquit Tityrus apud Maronem. Compensatio est de-  
biti & crediti inter se contributio. l. i. de conipensa. Spō  
salia, mentio & repromissio futurarum nuptiarum. l. i.  
de sponsa. Nuptiae siue matrimonium, diuini & huma-  
ni iuris communicatio. l. i. de ritu nupti. Communicat  
siquidem uxor cum marito, non solum iure humano,  
sed diuino pariter: hoc est, utitur ipsdem sacris quibus  
maritus atq; ipsius familia: non quibus pater & agnā-  
ti. Loquitur autem Iuriscon: ut ethnicus: apud quos  
quēuis familia habebat specifica sua sacra. Vide Andre-  
am Alciatum libro primo prætermissorum. Alijs uer-  
bis definit Iustinianus: ut sit uiri & mulieris coniun-  
ctio, indiuīduam uitæ cōsuetudinem continens insti-  
de patria potesta. in prin. Postulare, desiderium suum  
uel amici sui, in iure. apud eum qui iurisdictioni præ-  
est, exponere, uel alterius desiderio contradicere. l. i.  
de postulando. Statuliber est qui statutam & destina-  
tam in tempus uel in conditionem habet libertatem. l.  
i. de statulibe. Nouatio est prioris debiti in aliam obli-  
gationē uel ciuilem uel naturalē transfusio atq; trans-  
latio. l. i. de noua. Acceptilatio est liberatio per mutuā  
interrogationē: qua utriusq; cōtingit ab eodem nexu  
liberatio. l. i. de acceptila. Ripa est id quod flumen cōti-  
net, naturalē rigorem cursus sui tenens. l. i. §. ripa de flu-  
minibus. Riuus est locus per longitudinē depresso,  
quo

DE DEFINITIONE.

quo aqua decurrat: cui nomem est καθάρος σέπη. Specus est locus, ex quo despicitur. Incile est locus depresso ad latus fluminum: ex eo dictus quod incidatur. Sep- ta sunt quae ad incile opponuntur, aquae deriuandae compellendae ex flumine causa: ad continuandam transmittendamque aquam ex cogitata. I.i.de riuis. Co- ercere aquam est continere sic ne defluat uel dilabatur I.i. §. pen. de fonte. Cloaca est locus cauus, per quem colluuiis quaedam fluat. I.i. §. cloaca de cloacis. Vi facere est, si quis contra quam prohibetur fecerit. I. i. quod ui aut clam, Clam facere est, si quis calet aduersarium, neque ei denunciet: si modo timuit eius con- trouersiam, aut timere debuit. I.ij. §. si. eodem titulo. Cauillatio quam Græci σόφισμα adpellant, est dispu- tatio, qua ab euidenter ueris per breuissimas mutatio- nes, ad ea quae euidenter falsa sunt, perducimur. I. na- tura cauillationis de uer. significati. I. ea est de regu. iu. Impensæ necessariæ sunt, que si factæ non sint, res aut peritura, aut deterior facta sit. Utiles, quæ meliorem rem faciunt, deteriorem esse non sinunt. Voluptariae, quæ speciem dumtaxat ornant, non etiam fructum au- get. I. impensæ de uerbo. significa. Sequester est, apud quem plures eandem rem, de qua controuersia est, de posuerunt. I. sequester. Incola est qui in aliquā regionē domiciliū contulit, quē Greci πόλις adpellat. I. pupil- lus §. incola. eo. ti. Scena est q̄ ludorū faciēdorū causa

## C A P V T . I.

quolibet loco , ubi quis consistat moueaturq; specta-  
culum sui præbiturus, posita sit in publico, priuato uel  
in uico: quo tamen loco passim homines spectacu-  
li causa admittat. l.iij. §. fi. de ijs qui no. inf. Calumnia-  
ri est falsa crimina intendere. Prævaricari, uera crimina  
abscondere. Tergiuersari, in uniuersum ab accusatione  
desistere. l.i. ad S. C. Turpilli. Edere est copiam descri-  
bendi facere, uel in libello complecti & dare, uel dicta-  
re. l.i. de edendo. Metus est instantis uel futuri periculi  
causa, mentis trepidatio. l.i. quod met. cau. Vis est ma-  
ioris rei impetus, qui repelli non potest. l.iij. eo. ti. Ex-  
hibere est facere in publico potestate, ut ei qui agit ex-  
periundi sit copia. l.iij. ad exhi. Recipere est absconden-  
di causa refugium præstare. l.i. §. i. de ser. corrup. Insti-  
tore est qui tabernæ loco siue ad emendū uendendum uel  
præponitur. l.institutor de institu. acti. Honor munici-  
palis est administratio Reipublice cum dignitatis gra-  
du: siue cum sumptu, siue sine sumptu contingens. l.  
honor de mune, et hono. Detestatio est nūciatio facta  
cū testatiōe. l.detestatio de uer. signi. Ager est locus q  
sine villa est. l.agr. Proximus est quē nemo antecedit,  
supremus quem nemo sequitur. l.proximus. Frumen-  
tum est quod arista in se continet. l.frugem. eo. ti. So-  
dales sunt q eiisdē collegij sunt. l.fi. de collegijs. Mu-  
nus publicum est officium priuati hominis, ex quo  
cōmodum ad singulos uniuersosq; ciues remq; eorū,  
imperio

DE DEFINITIONE.

imperio magistratus extraordinario peruenit. I. pupilus . § . munus publicum de uer. signi. Adparet opinor in his definitionibus loco generis materiam ponit, loco differentiae formam, quae materiam ipsam ab aliis speciebus distare faciat. Atque hac fortassis ratione, quam nos speciem appellamus hodie, Cicero formam appellauit: uel quia haec nostra uox uisa est ei nimium esse noua. Ad hunc modum probe definieris gladium: ferrum esse, & quidem oblongum, altera parte acutum, altera manubrio & capulo clausum. Nam cum dicas ferrum, exprimis materiam: uerum tamen quia plura instrumenta ferrea reperias, addenda fuit necessariò forma, ut ab alijs speciebus exactè discerneres ignorantemque redderes certiorem.

Porrò de materia & forma loquimur ciuili quodā modo, & ut Iuriscon: ait ἐνταλτα, non ut physici. Itidem de essentia. Sunt etenim non solum substantiarū definitiones essentiales: sed reliquorum trium pariter prædicamentorum. Nam amphora quantitas est, & tamen essentialiter definiri potest: ut sit mensura quae continet duas urnas, hoc est nonaginta sex heminas, secundū Alciati computationem: & dolus qualitas: & stipulatio, relatio. quorum utrumque iuxta essentiam definiri iam ostendimus. Cum enim accidentia à subiectis intellectu diuellimus, essentiam earum consideramus. Prōinde cum Aristoteles libro viij. metaphysices

G

negat accidens posse definiri: de eo accidente loquitur quod est in concreto, quod substantiae inhæret: atq; adeo de circumstantia: cuius tractationem in caput se ptimum reseruauimus. Non de eo quod est in abstra ctō: nimirum quod nostra saltem intelligentia per se subsistit. cuiusmodi sunt tria posteria prædicamenta, & quæ ipsa complectuntur. Plato adpellauit ideas, & dixit eas esse perpetuas. Neq; hic moror Vallam, qui ut inter substantiam & essentiam discrimen faciat, est ualde sollicitus. Quod ego aliud esse nō video: quām quod est inter primam categoriam & reliquas tres. tā- enī & substantiæ ipsæ suas essentias contineant.

## SECVNDVM DEFINIENDI GENVS.

Secundum genus definiendi est à causa, subaudi effi ciente, ut ius naturale est quod natura omnia animalia docuit. l.i. § .ius naturale de iusti. & iu. Consuetudo est ius moribus constitutum l.de quibus de legibus. Ingenui sunt qui ex matre libera nati sunt. l. & seruorū § .ingenui de sta. ho. Plenius definit Iustinianus in suis iustitionibus. Libertini sunt qui ex iusta scrutute manumissi sunt. M. Cicero in suis Topicis Libertini tas inquit est constitutio iuris ciuilis, quæ uel censu uel uindicta uel testamento adquiritur. Hæreditas ait est pecunia quæ morte alicuius ad quempiam perue nit iure: nec ea legata testamento, aut possessione re tenta.

DE DEFINITIONE.

tenta. Demosthenes definiendo legem adpellauit dum deorum , urbis commune pactum .l.iij.de legib. Seruus Sulpitius definit tutelam in posteriore definitionis parte, uim ac potestatem iure ciuili datam & permissam . Florentinus Iurisconsul: seruitutem , constitutionem iuris gentium .l. libertas de statu hominū. Senatusconsultū est quod senatus iubet atqz constituit . Ad hunc modum definiuntur reliquæ iuris ciuilis partes insti.de iure natu.gen. & ciuili. Puppillus , qui cum impubes est, desit in potestate patris esse, uel morte uel emancipatione .l. pupillus de uerbo, significati. niors enim patris & emancipatio faciunt impuberem filiumfa.pupillum . Filius est qui ex viro & uxore nascitur .l. filium de ijs qui sunt sui uel alie. iu. Quam definitionem Andreas Alciatus vir doctissimus capite nono libri sexti paradoxorum , contra Angeli sententiam, non admodum probat. Ego tamen, ut cum reue rentia dicam, puto Domitium Vlpianum , filium naturalem non etiam ciuilem , definire uoluisse: cum regulariter lex sit naturaliter potius intelligenda quam ciuiliter .l.fina.C. de ijs qui ue.eta. impetra. nam & Bal. in .l. si non speciali .C. de testa . ait . patris adpellatione , adop iuum non contineri : cui sententiae Alex. de Imo.in odiosis subscriptit. Nec tamē pugnabo . Preca riū est quod precibus peteti utendū cōceditur : tā diu, quā diu is q̄ cōcessit patitur .l.i.de preario . Ostētū est

G ij

## C A P V T . I.

omne cōtra naturam cuiuscq; rei genitum factumq; l.  
ostentum de uer. signi. Depositum est quod custodi-  
endum alicui datum est .l.i. depositi . Res iudicata est  
quæ finem controversiarum pronunciatione iudicis  
accepit .l.i. de senten. & re iudi. Existimatio est dignita-  
tis illesæ status , legibus ac moribus comprobatus .l.  
cognitionum de extraordi. cogni. Castrense peculium  
est , quod à parentibus uel cognatis in militia agenti  
donatum est : uel quod ipse filiusfa. in militia adquisi-  
uit : quod nîs militaret , adquisitus non fuisset .l.ca  
strense de castris. pecul. Iuxta hanc formulam definit  
Iacobus de Harena p ossessionem : quæ tamen defini-  
tio ipsi Bartholo in .l.i.in prin. de adqui. poss. non pla-  
ceret : dum nullam putat in legibus ciuilibus definitionē  
reperiri , quæ non sit à substantia sumpta . Vbi tamen  
non proponit alia exempla , nîs earum rerum quæ ab  
officio & effectu definiuntur . ut sunt obligatio & a-  
ctio . Præter quām quod testamenti facit mentionem ,  
quod à materia & forma adeoç iuxta essentiam defi-  
niri docuimus .

## T E R T I V M D E F I N I E N D I G E N V S .

Tertio definimus ab effectu & officio : quod genus  
definiendi est in legibus frequens , non aliter quām hoc  
primum in ordine explicatum . Et sunt qui dicant effe-  
ctus & officia in habitibus animi propriissimas esse dif-  
feren-

D E D E F I N I T I O N E.

ferentias. Necq; est magnum alioqui inter differētiam, proprium & effectum discrimin. Atq; ego illud pri-  
mum & hoc tertium definiendi genera adeo inter se co-  
gnata deprehendi: ut non semel dubitauerim, utro in  
gencre plerasq; definitiones ponerem. Prōinde nō gra-  
uabor si quis ingeniosior exactius singulas distribue-  
rit. Iustitia est constans & perpetua uoluntas, suum  
cuique tribuens. l. iustitia de iusti. & iu. Hoc etenim  
efficit iustitia ut reddat cuiq; quod est suum: quo uno  
ab alijs uirtutibus, etiam iuxta essentiam differt. Lex  
est correctio uoluntariorum & non uoluntariorum  
delictorum: secundum quam omnes conuenit uiuere  
l.ij. de legibus. Procurator est qui aliena negocia man-  
dato domini administrat l.i. de procura. Bonorum  
possessio est ius persequendi retinendiq; patrimonij si-  
ue rei, quæ cuiusq; cū is moritur fuit. l.ij. de bon. poss.  
Vide Alciatum libro quarto paradoxorum. Tutela  
est uis atq; potestas in capite libero constituta, ad tu-  
endum eum qui per ætatem sua sponte se defendere ne-  
quit: quæ est prior definitionis pars. Prōinde uides  
Seruium Sulpitium sua definitione & officium & cau-  
sam complexum esse. Ut non sit falsus Cicero, qui in  
Bruto reliquit scriptum: in uno Sulpitio fuisse artem.  
Contumax est qui tribus edictis propositis, uel uno  
pro tribus: quod uulgo peremptorium appellatur:  
literis euocatus, præsentiam sui facere contemnit. l.cō

## C A P V T . I.

tumacia de sen. & re iudi. Morbus est habitus, id est dispositio contra naturam: qui usum eius ad id faciat deteriorem, causa cuius natura nobis eius corporis sanitatem dedit. l.i. § .sciendū de edili. edicto. Fugitiuus est qui extra domini domum fugae causa, quo se à domino cælaret, māsit. l. quis sit fugitiuus eo. ti. Erro est qui nunquam fugit, sed frequenter sine causa uagatur: & temporibus in res nugatorias cōsumptis, serius ad dominum redit dic. l. quis sit fugitiuus. § .erronem. Emāsor est, qui diu uagatus ad castra regreditur. l. desertorem. § .iij. de remili. Desertor est qui per prolixū tempus euagatus, reducitur dic. l. desertorem. § .iij. Morbus sōnticus est, qui cuiq; rei nocet. l. morbus de uer. signi. Abigei sunt qui pecora ex pascuis uel ex armenis subtrahunt & quodam modo depredantur. l.i. § .i. de abigeis. Preuaricator est qui diuersam partem adiuuat, prodita causa sua. l.i. de preuari. Ususfructus est ius alienis utendi, fruendi rebus: salua rerum substātia. l.i. de usufruc. Libertas est naturalis facultas eius quod cuiq; facere libet: nisi quod ui aut iure prohibetur. l.li. libertas de sta. homi. Dominiū inquit Barth: est ius de re corporali perfecte disponendi, nisi lege prohibeatur, in. l. si quis ui. § .differentia de adqui. posses. Ego plenius ausim definire hoc modo. Est ius de re corporali perfecte disponēdi, si rei copiam habeas: si minus, uendicandi; nisi uel lege uel conuentione prohibearis.

Et

DE DEFINITIONE.

Est etenim dominium ipsissima causa rei uendicatiois, cum uidelicet alius quispiā nobis inuitis uel possidet uel detinet. non aliter quām obligatio ipsius actionis personalis. § .i. & . § . sed istae uersi. quippe insti. de actio. Quinetiam Barth: in .l.i.de adqui. posscl. explicā do possessionis definitionem, obiter dicit, duo domini esse officia: unum disponendi, alterū uēdicandi per l. in rem actio de rei uendicando. & dic. l. si quis ui. § . differētia. Et in hunc modum Vlpianus non solum retentio nem siue disponendi facultatem, sed & persecutionem, in bonorum possessione definienda, expressit. Obligatio est iuris uinculum quo necessitate adstringimur alii cuius soluendae rei, secundum Romanæ ciuitatis iura insti. de obliga. in prin. Actio est ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur. l. nihil aliud de actio. & obliga. insti. de actio. in prin. Possessio inqt Barth: est ius insistendi rei non prohibitæ possideri. Putat tamē idē Bart: in .l.i.de adpella. ab effectu nō probē definiri; dū Placentini definitionē inibi improbat. Id quām considerate fiat, aliorum esto iudicium.

QVARTVM DEFINIENDI GENVS.

Quartum genus est à partibus: ut homo est animal qd constat ex corpore & anima rationali; atq; hāc dixi essentialē materię & formę. Ut luce meridiana clarius cernas Pythagoricā illā harmoniā, Homericā cathenā

& Platonis annulos: hoc est hæc omnia cohaerere. Corpus humanum est substantia corporea, constans ex capite, torace, uentre, manibus & pedibus. Ius scriptum est lex, plebiscita, senatus consulta, principum placita, magistratuum edicta & responsa prudentum. §. scriptū autem insti. de iu. na. gen. & ci. Iuris prudentia est diuinarum & humanarum rerum notitia: iusti atque iniusti scientia. Vel est ars boni & equi. Nec enim uoluit iuris consultus hac posteriore definitione ius definire, sed ipsam iuris prudentiam: quæ est habitus animi, ipsius uidelicet intellectus. Ius uero nihil aliud quam relatio: nam & obligatio est ius, & actio est ius, & dominium & ususfructus & pleraque in legibus infinita; nimirum species ipsius iuris. Quod iuxta tertium definiendi genus siue primum etiam, sic exactè definieris, Ius est facultas & authoritas agendi secundum legem: si modo uelis iuxta primam relationis speciem definire. Vides ius relationem esse nempe actionem: iuris prudentiam uero qualitatem, nimirum quæ siue habitum animi. Pari negligentia Rodolphus Agricola definiendo ius, uoluit definire legem, nec enim ius decreatum est, sed Lex ipsa, quæ est pars ipsius iuris non species. Quod non perinde prædicetur totum de partibus, ac genus de suis speciebus. id quod capite secundo explicabimus.

Quin

D E D E F I N I T I O N E.

QVINTVM DEFINIENDI GENVS.

Quintum genus est ab accidentibus . ut leo est animal quadrupes , uillosum, pedatim incedens, ut ait Plinius. Asparagus est frutex, qui citissime coquitur: hinc etenim datus est locus adagioni. Cicero est homo gracilis , eloquens, amator patriæ. Papinianus est iurisconsultus , iuris asylum , tenacissimus iustitiae obseruator. Timon est homo tristis , morosus , inuidus: etiam suis molestus & intolerabilis. Hoc definiendi genus à cōmētatoribus iuris ciuilis appellatur descriptio. ut mortis causa donatio est, cum quis habere se mauult, quām eum cui donat: magisq; eum cui donat, quām hāredē suum . His uerbis describit mortis causa donationem Iuriscon: In . l.i.de dona.cau.mor. Atq; in hunc modū ait donasse Telemachum Pyreo Clyti filio , ea quæ à Menelao & Helena muneri secum tulerat. Id quod est apud Homerum libro . f. Odysseæ. Continet siquidē hæc definitio siue descriptio accidentia , nimirum personæ atq; euentus circumstantias . Litus est quo usq; maximus fluctus à mari peruenit . l. litus de uer. signi. atq; hæc est uel loci uel quantitatis circūstantia. Nec tamē longius ab hoc definiendi genere absunt plerēq; definitiōes, quas inter essentiales enumerauimus. Quādo non tam sumus curiosi, ut exactissimum inter formam & accidens discrimen in præsentiarum faciamus. Tametsi magnopere referre putent commentatores

H

& iuris ciuilis interpretes, ut inter definitionem & descriptionem differentiam faciant. Et sunt quoq; non nullæ circumstantiæ alijs definitionibus passim inseratae. Quinetiam quædam ex duobus generibus constatæ. ut tutelæ definitio quæ et officium & causam complectitur. sic definitur lex. Est commune præceptū uirorum prudentium: habes materiam & formam. sequitur, delictorum quæ sponte uel ignorantia contrahuntur cōératio: habes effectum legis & officium. & statim redit ad materiā & formam: cōmunis inquit Reipub. sponsio .l.i.de legibus. Hostes sunt qui nobis, aut qui bus nos publicē bellum decreuimus .l. hostes de uer, signi. priore casu continet officium, posteriore causam efficientem. Postliminium est ius amissæ rei recipiendæ ab extraneo, & in statum pristinum restituendæ, inter nos & liberos populos regesq; : moribus, legibus constitutum .l. postliminium de captiuis. Priore parte explicatur siue materia & forma, siue effectus & officium: posteriore, causa efficiens. M. Cicero in undecima Anthoniana, Lex inquit nihil aliud est, nisi recta & à numine deorum tracta ratio: imperans honesta & prohibens contraria. Prior pars habet causam efficiētem: posterior effectum & officium. Porro Vlpianus in .l. quintus. § .fi. de auro & argen. lega. argentum factum sic definit. Quod neq; in massa, neq; in lamina, neq; in signato, neq; in suppellectili, neq; in mundo, neq; in ornamentis

DE DEFINITIONE.

ornamentis sit. Quam definiendi rationē nō est quod in aliquod ex enumeratis genus referamus. Quando hæc Vlpiani descriptio, nihil est aliud, quam sufficiens partium enumeratio. Perinde ac si quis dixerit. Mutuū est cōtractus q̄ neq; solennitate uerborū, necq; literis, neq; solo cōsensu cōtrahitur: cōsequitur namq; re ipsa mutuū perfici, nimirū numeratione, ad pēnīōne uel mē suratione rei alicuius fungibilis. Vel sic. Sic neq; censu neq; uindicta Simonides factus est liber: ergo testamēto factus est liber. Supellex est domesticū patris fa. instrumētū, quod neq; argēto auro ūne facto uel uesti ad numeretur. l.i.de supel. lega. Purus locus est, q̄ neq; sa cer, neq; sanctus, neq; religiosus, sed ab omnibus hū iusmodi nominibus uacare uidetur. l.ij. § .purus de re

Supstitionis cui pā uideri (ligi. & sump. funerū. possum, q̄ tam anxie singula querā: perinde quasi in re dubia & periculi plena. ppterēa quod Vlpianus in l. omnis definitio dereg. iu. scriptū reliquerit: omnē in iure definitionē pīculosam esse. rarūq; esse ut subuerti nō possit. Ego uero nō uideo Vlpianū de definitiōe loq; sed de regula potius: q̄ est. Accurſiū interptatio. Neq; enim tā est difficile rē aliq; in iure ciui. exactē definire: q̄ est rarū, regulā ex legib; colligere, q̄ nulla in pte infirmari queat. Quod iniquū et ineptū sit dicere: regulā nō fallere. iuxta glo. in auten. ut sine prohibi. matres debi. colla. vii. Frequētissimū siquidē est & natura cōparatū

## C A P V T . I.

ut regula quævis , pro uarietate circumstantiarum,in aliquo uicietur atq; perdat officium suum .I.i. in fi. de regu.iu. Ipsarum uero definitionum longe alia est ratio : modo in ipsa specie maneamus ( est enim idea Platonis perpetua ) quæ propriè definitur : neq; descen- damus ad indiuividuum,quod in horas mutari solet.

Sunt præterea in legibus nonnullæ declarationes: hoc est uocum interpretationes potius quām definiti- ones: quas libuit hic subiungere . ut capit is diminutio est prioris status commutatio : apertius etenim dicitur status quām caput , cum figuratē hoc posterius dica- tur: & apertius dicitur commutatio, quām diminutio. Censere est constituere & præcipere .I. censere de uer. signi. Lata culpa est nimia negligentia , id est , non in- telligere quod omnes intelligunt .I. cedere diem. § .fi. eo. titu. Redhibere est facere , ut rursus habeat uendi- tor quod habuerat .I. redhibere de ædili. edicto. Usur- patio est usucaptionis interruptio .I.ij. de usucap. Capi talem fraudem admittere , est tale aliquid delinquere, propter quod delinquēs capite puniēdus sit .I. cum au- tem. § . excipitur de ædili. edic. Traiectitia pecunia est quæ trans mare uehitur .I.i. de nauti. sc̄eno. Operæ sunt diurnum officium ,I.i. de ope. liber. Sic declaratur exce- ptio , actionis exclusio : clarus namq; & apertius est excludere , subaudi alteram obligationem adeo q; acti- onem quæ ex ea fluit. quemadmodum in exceptione pacti

D E D E F I N I T I O N E.

pacti conuenti, iurisurandi uoluntarij, in factum propter errorem, doli mali ac similibus licet cernere.

Declarationibus non longe abludunt etymologia, notatio & allusio. Sunt tamen qui inter hæc omnia magnum faciant discrimen. Nobis in præsentiarū tam anxij & curiosis esse non libet: cum pleni sint ea de re interpretum libri. Et nos tantoperè coecutimus: ut præter unicam hominis definitionem, uix aliam ullam reperiamus, quæ ueram suam differentiam contineat. Ius adpellatum est à iustitia .l.i.de iusti, & iu. Testamentum est testatio mentis institu. de testa. in prin. Mutuum, quia ex meo tuum fit .l.ij.si cer. pe. In officio sum testamentum, quia contra officium patris factum .l.ij.de inoffi. testamen. Damnum infectum, damnum nondum factum, sed quod futurum ueremur .l.ij. de dam. infec. Damnum & damnatio, ab ademptione patrimonij .l.ij. eo. ti. Publicani, qd publico fruantur .l.i. § .i.de publica, & uectiga. Possessio adpellata est à sedibus: & ut Labeo ait quasi positio: quia naturaliter tenetur ab eo qui ei insistit: quām Græci κατοχὴ dīcunt .l.i.de adqui. possess. Familiaria sepulchra, quæ quis sibi familiæq; suæ constituit. Hæreditaria, quæ quis sibi hæredibusq; suis constituit .l. familiaria de relig. & sum. fune. Riuis ἀνθρώπων σέρπ. Specus, à despiciendo. Incile, quod incidatur. Statio, à statuendo. l.i. de riuis, Furtum à furuo, id est nigro, uel à fraude,

H ij

## C A P V T I.

uel à ferendo, uel à græca uoce, quod Greci fures φύραι  
adpellant. l.i.de furtis. Sponsalia à spondendo. l.ij. de  
sponsa. Institor, quod negocio gerendo insistat  
l.ij. de insti. actio. Peculium, quasi pusilla pecunia, siue  
pusillum patrimonium. l. depositi. § . peculium dictum  
de pecul. Ruta & cæsa, quasi eruta & cæsa. l. fundi. § .  
si ruta deactio. empti. Interdictum, inter duos dictum.  
Agni, quod nondum habeant annum. l. cum querere-  
tur de lega. ij. Contumelia, à contemnendo. Seruus, à  
seruando. Postliminium, à limine & post. Supel-  
lex, à pellibus. l. Labeo de supellec. lega. Sicarius, à si-  
ca. § . item lex Cornelia insti. de publi. iudi. Que sequit  
ur ex titulo sunt de uerbo. significa. Dimissorię literę,  
quod per eas causa ad eum qui adpellatus est dimitti-  
tur. l. dimissorię. Municeps, quod munera ciuilia ca-  
piat. l. munus. § . fina. Diuortium, diuersitas mentis-  
um, uel quia in diuersas partes itur. l. inter diuortium.  
Vidua, quod sit sine duitate, quasi tu dicas uedua. l. ma-  
lum nauis, ue etenim particula hoc loco priuat, ut ue-  
cors, uesanus. Stipendum, à stipe. Tributum, à  
contributione uel à tribuendo. l. ager. Pratum, quia pa-  
ratum. l. pratum, id quo d' est sumptum ex Plinio capi-  
te. v.lib.xvij.naturalis historiæ. Magister, à monen-  
do siue monstrando. l. quibus. Tugurium, à tegēdo,  
quasi dicas teguriū: siue ut habet Norembagensis e-  
ditio, à tecto, tanquam tegularium. Toga, à tegendo  
l. tugu-

DE DEFINITIONE.

I. tugurij. Taberna, quod tabulis claudatur .I. taberna. Sylua cedua. quae in hoc habetur ut cedatur: uel quae excisa rursus ex stirpibus aut radicibus renascitur I. sylua cedua. Stipula electa sunt spicæ in messem deie Etæ, necdum lectæ: quas rustici cum uacauerint colligunt. Noualis est terra proscissa, quæ anno cessauit: quam Græci νέανη vocant. Integra est, in qua nondū dominus pascendi gracia pecus immisit. Glans caduca est quæ ex arbore cecidit. Pascua sylua, quæ pascuis pecudū destinata est dicitur. Portus, à portanis mercibus .I. portus. Præuaricator, à uaricando .I. præuaricatores. Detestatum, quod testatione denunciatum. Pignus, à pugno .I. plebs. Vrbs, ab urbo. Territorium, à terrendo .I. pupillus. Necq; hic moror Laurentium Vallam, qui ples rasq; suo inferuiens ingenio reprehendit.

... etiam quod non possunt esse nisi per se, sicut etiam  
potest. Et si quis dicit quod non potest esse nisi per se,  
etiam quod non possunt esse nisi per se, sicut etiam  
potest. Et si quis dicit quod non potest esse nisi per se,  
etiam quod non possunt esse nisi per se, sicut etiam  
potest. Et si quis dicit quod non potest esse nisi per se,  
etiam quod non possunt esse nisi per se, sicut etiam  
potest. Et si quis dicit quod non potest esse nisi per se,  
etiam quod non possunt esse nisi per se, sicut etiam  
potest. Et si quis dicit quod non potest esse nisi per se,  
etiam quod non possunt esse nisi per se, sicut etiam  
potest. Et si quis dicit quod non potest esse nisi per se,  
etiam quod non possunt esse nisi per se, sicut etiam  
potest. Et si quis dicit quod non potest esse nisi per se,  
etiam quod non possunt esse nisi per se, sicut etiam  
potest.

## **¶ CAPVT SECVN DVM DE DIVISIONE,**

DE DIVISIONE.



IVISIO EST VEL TOTIVS IN PARTES  
uel generis in species fissio. Est enim du-  
plex; una fit in partes, altera in species.  
Prior adpellatur partitio: posterior di-  
uisio. Hic namq; ut capite primo statim  
à principio admonui usu uenit: ut hęc species proprio  
& peculiari nomine careat. Prior est totius integralis si-  
ue legalis in partes: posterior, totius uniuersalis si-  
ne prædicatiū in species. glo. l. recte de uer. signi. Ar-  
borem partimur in radicem, truncum & ramos: diuidi-  
mus uero in laurum, cedrum, quercū, pyrum, pinū etc.  
Animal partimur in corpus & animam: diuidimus in  
hominem, leonem, bouem, equum &c. Nauem findi-  
mus & partimur in proram, puppim, malum & reli-  
quas partes. l. malum nauis de uerb. signifi. diuidimus  
in schædiam, hoc est inelaboratam & elaboratam. l. i.  
§ . nauem de exercito. Præterea in onerariam &  
bādā, quam ascensoriam possis interpretari. dīc. l. i. § .  
i. Rursum in onerariam & scaphā. l. fi. de fun. instruc.  
Insuper in onerariam, pescatoriā & actuariā. l. i.  
de capti. & postlimi. reuer. Necq; hoc loco referre puta-  
mus, an secundum essentiam, an uero solum accidentia  
liter diuidamus. Id tamen quod statim acturi sumus.  
Stipulationē partimur in interrogacionem & promis-  
sionem: diuidimus in conuentionalem, iudicialem, pre-  
toriam & communē: si modo id quod ex duabus spe-

## C A P V T . II.

iebus conflatur, quod nos mistum adpellamus, con-  
stituit peculiarem speciem. Et cum luriscon: inquit de  
uerbo. obliga. stipulationes nō diuidūtur: loquitur non  
de diuisione, sed partitione. atq; earū rerū que partitio-  
nem nō recipiūt: quales sunt res imperfecte. usus, habi-  
tatio, iter, actus, prospectus, stillicidiū: quasi dominiū:  
quas p̄stringit Barth: in l. iij. § , ex pluribus in si. de ad-  
qui. possell. Neq; pugnat quod lurisco: in l. i. de eden-  
do diē solutionis, stipulationis partē dicit. Quādo qui  
dem nō de ipsa stipulatiōe loquitur, sed de eo qđ in sti-  
pulationē deducitur: nō aliter qđ dic. l. stipulatiōes nō  
diuiduntur. Tutelā diuidimus in legitimā, testamētariā  
et datiuā: partimur in satisfactionē, tuitionē, administra-  
tionē & rationis redditionē. Dominiū diuidimus in di-  
rectum & utile. l. i. § . si ager uectiga. uel emphy. pe-  
ta. partimur in proprietatē & usumfructū. l. iiiij. de usu  
fructu. l. qui usumfructū de uer. obliga. glo. l. recte de  
uer. signi. ubi Accursius ex sententia Placentini in hunc  
modum explicat. Obligationē diuidimus in naturalē  
& ciuilem: & non longe abest quin dicam Obligatio-  
nem partes non habere. Neq; enim partimur ius imp-  
fectū, quod qđ ad alterius acquisitionē requiritur dic. l.  
stipulationes nō diuidūtur. Tametsi pleraq; quae nos  
obligamur partiri ac findi queant. Qua ratione relatū  
est in l. usus pars de usu & habi. usumfructū posse nos  
partiri, usum uero nō item. Quod usus sit ius imperfe-  
ctum,

DE DIVISIONE.

Etum, nec recipiant estimationē ut inquit Barth: usus  
fructus uero quedā perfectio: nempe rei perfecte, ut po-  
te domini pars altera: q̄ nimirū estimari possit iuxta di-  
stinctionem Barth: in dic. § . ex pluribus in si, & in dic:  
I. stipulatiōes nō diuidūtur colū. nona. uerſi. tu nielius  
declarat. Nolo tamē hic, quēadmodū nūc̄ non, esse p̄-  
tinacior: quod hæc interpretatio sit à cōmentatoribus  
miris modis commista & cōfusa. Vide Alciatum cap.  
xvij. libri primi suorum paradoxorum. Actionē par-  
timur in medium concludendi, narrationem & petitio-  
nem: siue in propositionem maiore, minorē & conclu-  
sionem. diuidimus uero in realē & personalē. Ex qui-  
bus omnibus cōsequitur Iurisconsultū in I. si pater de-  
us ucap. p̄ suo: primū locutū propriē, deindeim p̄priē.  
bona namq̄ hæreditaria partimur, nō diuidimus. Bo-  
ethius addit tertīā diuisionis speciem, cū uox multa si-  
gnificans in proprias significationes finditur. Eam Ro-  
dolphus Agricola sectionē, Trapezōtius distinctionē  
uocat: nos in principio capitīs. i. explicauimus. Quod  
hæc tractatio uideatur definitionē cōmodius precede-  
re, q̄ scq. Porro q̄a est admodū tenuē, p̄tes à speciebus  
exactē discernere: admonet nos Cicero in top. ne teme-  
rē p̄tes cū speciebus cōfundamus. Id qđ accidit primū  
ex sententia Placētini & Accursij, Julio Paulo in dic. I.  
recte de uerbo. significati. qui usum fructum negat esse  
partem domini; cum speciem uoluerit negare. Atq̄ e

regione adfirmat usumfructum seruitutis esse partem.  
 Est etenim ususfructus ipsissima dominij pars, non ali-  
 ter quam arboris pars est truncus: atq; species ipsius  
 seruitutis, non aliter quam animalis species est homo.  
 tametsi Norembagensis editio legat seruitus non ser-  
 uitutis. Deinde sic animaduertente Alciato, ipsi Iusti-  
 niano in. § .plebs insti.de iu. natu.gen. &c. ci. ubi specie  
 id adpellat quod est pars, & genus id quod est totum.  
 De qua re uide Iaso. May. in.l.ij. § . creditum in glo-  
 uer. genus si cer. peta. ubi ait. remitto tamē ad logicos.  
 Præterea Caio Iuriscon:in.l.eorum de dam. infec. qui  
 usumfructuarium & superficiarium æquiparat: perin-  
 de quasi uterq; habeat ius in re specificum. id quod pa-  
 lam adfirmat. Cum tamen ususfructarius habeat par-  
 tem dominij alteram dic.l.iiij. de usufructu. cum simi. Et  
 superficiarius speciem eiusdem, nimirum dominium  
 utile. adeoq; & usumfructum & proprietatem l.i. § .  
 i.&c. § . quod ait de superfi. Quò fit, ut neuter habeat  
 ius in re specificum. nam id ipsum in eo loco solus ha-  
 bet creditor. Hæc etenim tria: dominium, quasi domi-  
 nium & ius in re specificum, ad finia sunt inter se, & spe-  
 cies distinctæ ipsius iuris in re generici. directum uero  
 ac utile, species ipsius dominij. Rursum, eidem in.l.fi.  
 de superfi. ubi proprietatem adpellat id quod est do-  
 minium directū. Habet namq; superficiarius & usum-  
 fructum & proprietate, subaudi ipsius dominij utilis:  
 directū

## DE DIVISIONE.

directum uero dominium nō habet. Idem accidit Mar-  
cello in .l. saepe uersi. sed scientibus de senten. & re iudi-  
qui utitur proprietate , nempe parte dominij alrera,  
pro iure in re specifico & ad simili ipsius dominij. quēad  
modum explicat Zasius in intellectibus suis singula-  
ribus. Creditor siquidem in pignore proprietatem nō  
habet, sed ius in re specificum , uti iam perstrinximus.  
Tum laboleno in .l. quæstio de uer. signi. qui speciem  
id adpellat quod est pars : uult enim dicere, agrum par-  
tem esse fundi non speciem. arg. l. fundi. eo. ti. Ad hæc,  
Vlpiano in .l.i.de agnoscē.libe. ubi S.C. Plautiani du-  
as esse species dicit , cum partes debuerit dicere. In sup  
Aelio Gallo in .l. paries est de uer. signi. qui primum  
confert species cum genere , deinde partes cum toto:  
neqz tamē aliter, q̄ si una collatio sit similis alteri. quod  
ego colligo ex hac uocula ITEM . Sunt nāqz murus  
& maceria species parietis: iter uero ac semita siue due p-  
tes, siue una pars tantum ipsius uiae. Postremo Bartho-  
lo in uno & altero loco, primum in .l. Mœuius . § . du-  
orum de lega.i. ubi trītem & quadrantē, hoc est tertia-  
am & quartam fundi partem, adpellat species . Dein-  
de in naturali possessione definienda in .l.i.de adqui-  
poss. ibi. respectu alicuius iuris à dominio separati. Cū  
uisusfructuarius habeat partem dominij : feudatarius  
& superficiarius, speciem eiusdem; dominium uidelicet  
utile, ut iam antea diximus. Debuit namqz meo quidē

iudicio sic dicere. respectu alicuius iuris à dominio dire  
cto uel proprietate separati. Atq; hoc est quod ex glo  
l.cædere .ff.arbo.fur.cæsa.colligitur.emphyteutā ( cui  
ego in præsentiarum & feudatarium & superficiarum  
ad similo ) plus iuris habere, quām usumfructuarium.  
Habēt siquidem priores tres usumfructum causalem,  
hoc est tam usumfructum, q̄ proprieitatē: ususfructua  
rius uero nihil aliud , quām usumfructum formalem,  
iuxta glo.insti.deusufru. Quicquid dicat glo.in.l.cum  
manu sata. § .fi.de contrahen. empti. & Bal.in rub.C.  
eo.ti.Ex quibus consequitur idem pariter accidisse Bal  
do in.l.cū res in fi.C.de secun.nup.& in.l.pe.ibi.& no  
ta quod nomine proprietatis &c.C.si à non compe.iu  
di. ubi proprietatis adpellatione ait intelligi directum  
dominium, non etiam utile.Nisi fortasse de communi  
loquendi usu loquiatur . Necq; debet hoc in tanta rerū  
uarietate cuiquām mirum uideri:cū & M.Cicero pas  
sim, proprij præcepti immemor,totum adpellat id qd  
est genus,& partem id quod est species siue forma , ut  
suo utar uerbo.cuius rei capite .i. in tractatione equiuo  
cationis & improprę locutionis à me facta fuit mētio.  
Quinetiam ueteres & orathores & iurisconsulti suorū  
seculorū doctis hominib; locuti sunt & scripsérunt : q  
istiusmodi impropias locutiōes sine magno negocio  
perspexerūt. Quòd si nostrę tenuitati inscruirēt hodie,  
magis proprię hauddubie loqurentur. Proinde si qd  
in hoc

D E D I V I S I O N E.

in hoc peccatum est, nostrae infirmitati potius: quam illorum negligentiae expensum ferri debet. Nos hanc trastationem peculiari figura deliniamus, eamque huic operi subiunximus. Ut uide dicet studiosae iuuentuti quo modo commodaremus.

Inter partes et species hoc est discrimen. Partium natura est ut constituant totum, ut satisdatio, tuitio, administratio & rationis redditio, tutela: radix, truncus & rami, arbor, rem: interrogatio & promissio, stipulatioem. Species uero multiplicatae non constituunt genus. Praeterea genus praedicatur de singulis speciebus. I. interdum de uer. signi. I. si quid earum. §. i. de lega. iij. totum uero de partibus non praedicatur. Nec enim sicuti dicitur testamētaria est tutela, legitima est tutela, dativa est tutela: ita dicitur, satisdatio est tutela, tuitio est tutela &c. Et quemadmodum uere dicitur, directum est dominium, utile est dominium: ita uere non dicitur, ususfructus est dominium, proprietas est dominium. Cæterum cum Iulius Paulus in dic. I. recte ait: eum fundum totum nostrum esse, cuius ususfructus alienus sit: loquitur de proprietate, & confundit totum cum parte, hoc est dominium cum ipsa proprietate, dictis iuribus. Loquor autem de partibus heterogenijs, quales habet arbor, animal, domus, nauis, gladius. Homogeniorum, quales sunt uenum, aqua, aurum, lignum, lapis, caro, alia est natura et ratio. Quæ tractatio ad topicen magis pertinet,

Quod sequitur obscurius est, uel saltem periculofius: nam in ea quidem parte erit nobis aliquantis per audiendum. Divisionis esse nō puto nisi tres species. Primam à causa materiali & formalis: secundam à causa efficiente, atq; ea in traditione, apprehensione & retentione non nisi proxima & generali, non etiam remota & specifica: tertiam ab effectu siue officio. A materia & forma diuiditur animal in hominem, bouem, equum &c. Arbor, in laurum, pinum, cedrum, pyrum, querum. Ius, in pulicum & priuatum. Rursum priuatū, in scriptum & non scriptum. Occupatio, in uenationem, aucupiū & piscationē. Traditio, in dationē & raditio. Notio, in cognitionem & iurisdictionem. I. notionem de uer. signifi. Iurisdictione in merum imperium, mixtū imperium & iurisdictionem. Potestas, in imperium, patriam potestatem & dominium. I. potestatis de uer. signi. Paries, in murum & maceriam. I. paries est eo. ti. Pactum, in transactionem & pactum. Rursum, in reale & personale. I. iurisgentium & pactorum de pactis. Monumentum, in sepulchrum & κενοτάφιον. I. monumentū de religi & sump. fune. Impensē, in necessarias, utiles & uoluptarias. I. impensē de uer. significati. I. i. de impen. in rebus dota. factis. Opus, in ἀποτέλεσμα & ζηγον. I. quinta de uer. significa. Munus, in donū, onus & officium. I. munus eo. ti. Operg, in officiales & fabriles siue artificiales. I. si nō sortem & libertus de condic. inde.

D E D I V I S I O N E.

Inde. Seruitus, in realem & personalem. Reficere, in aperire & purgare. I. i. de via publi. Probatio, in eā quæ sit testibus & in eam quæ sit tabulis siue instrumentis. Metallum, in aurum, argentum, ferrum, plumbū &c. I. in uenditionibus de cōtrahēti. empti. Munera ciuilia seu publica, in personalia, patrimoniorum & mista. I. munerum de mune. & hono. Conditio, in eam quæ est facti, & in eam quæ est iuris. I. multum interest de cōdi. & demon. Poena capitalis, in summum supplicium, poenæ metalli cōertionem & in insulam deportationē. I. capitalium de poenis. Donatio, in eam quæ fit mortis causa & in eam quæ fit simpliciter. I. senatus. § . i. de mor. cau. dona. I. alienatum. § . f. de uer. signi. Substantia diuiditur in corpoream & incorpoream. Quantitas, in numerum, pondus & mensuram: siue in continuam & discretam. Qualitas, in habitum siue ἔσθια, affectum & qualitatem quæ sensum mouet. Relatio, in agere, pati: æquale, in æquale: simile, dissimile.

A causa diuiditur ius in naturale siue gentium & ciuile. Conuentio, in publicam, legitimam & eam quæ est iuris gentium. I. conuentionum de pactis. Pignus, in hypothecam & pignus. § . item seruiana insti de actio. I. si rem alienam. § . proprié de pignora. actio. hypotheca tantum constituitur, pignus etiam traditur. Rursum hypotheca, in tacitam & expressam: tacita cōstituitur à lege, expressa ab homine. Vxor, in matrēfa.

K

## C A P V T . II.

& uxorē. I. ex ea parte. §. mulier de ver. obliga. Dos, in profectitiam & aduentitiam. I. profectitia de iure do-  
tium. Peculum, in profectitum, aduentitum, castren-  
se & quasi. Damnum, in iniuriam & pauperiem. I. i. si  
quadru. pau. fe. di. Dominium, in id quod iure gentiū  
adquiritur, & in id quod iure ciuili. Prius autem sine  
possessione adquiri non potest: posterius potest maxi-  
mē. I. à Titio in fi. de furtis. I. cū hæredes in prin. de ad-  
qui possell. I. facta ad S. C. Trebell. I. i. de bono poss. §.  
I. insti. de adqui. per arroga. et ti. proxime sequen. in  
prin. cū si. Tutela diuiditur in testamentariā, legitimam  
& datiuam. Obligatio, in eam quæ est ex contractu,  
ex delicto & quasi. Præterea, in naturalem & ciuilem.  
Actio, in realem & personalem: realis est ex dominio,  
quasi dominio uel iure in re specifico: personalis, ex  
obligatione. Eodem modo diuiditur lis. I. litis nomen  
de uerbo. signi. In hunc modum distat & differt reiuen-  
datio, quæ datur aduersus furēm, à condicione fur-  
tiua. Ex quo consequitur. Quanquam neq; actio fur-  
ti neq; conductio furtiua detur domino, si fur super fur-  
to, atq; adeo super facto iurauerit. I. si duo. §. idem lu-  
lianus de iure iuri. Attamen superesse adhuc ei reiuentia  
cationem. I. si quis uxori. I. si quis iurauerit de furtis. Ni-  
mirum quod harum actionum sint diuersæ causæ: atq;  
prioris duæ ex furto & obligatione oriuntur: reiuen-  
datio uero ex ipso dominio. I. in re actio de reiuentia  
Domini

## DE DIVISIONE.

Dominii siq; lē nō pīnde ut obligatio iure iurādo tolli

Ab effectu diuiditur iustitia in prudentiā, tē (tur. perantiā, fortitudi nē & iustitiā. Creditū, in mutuū & creditū. Capitīs diminutio, in maximā, minorē & mini mā. Interdictū, in phibitorū, restitutorū & exhibitori um. Preterea in adipiscēdē, retinēdē ac recuperādē pos sessionis. Ignorātia, in eā quæ est iuris, & in eā q̄ est facti. Pignus, in ἀντίχειρ & pignus. I. si pecuniā de pigno ra. actio. I. si is q̄ bona de pigno. et hypo. Stipulatio, in iudiciale et prioriā. I. stipulationū de uer. obliga. q̄ est Alciati interpretatio: utcūq; refragātibus interpretibus, q̄ hāc diuisionē à causa efficiente hāctenus interpretati sunt. Obligatio, in naturalē & ciuilē. Actio, in realē & psonalem. Neq; pugnat cū hac tractatiōe, qđ pleraq; iā enumerata, eiā causa distet: nā res eadē & causa & of ficio diuidi potest. Cū natura cōparatū sit, ut eę res que diuersas causas habet, plerūq; diuersis pariter officiis fungātur. Id tñ qđ est regulare & nō ppetuū. Naturae lis obligatio satis est ad excipiēdū, fideiubēdū, nouādū, cōstituēdū, cōpēsandū & ut accipiat eo noīe pignus: ci uilis, ad agēdū & nouādū. Sic psonali actiōe pseqr pfo nā, reali rē ipsā: atq; hoc secū ferūt uoces. Dominiū qđq; denuo diuidit: q̄a utilis dñs utitur & fruit: directus, nō etiā. Barth: in. l. i. de adqui. poss. diuidit possessionē in naturalē & ciuilem: & ut ipse ait iuxta species substā tiales ipsorū effectuū. Ad hūc modū distat possessor

K. ij

## C A P V T . I I .

bonæfi. à possessore malæfi.l.iiiij. § .genera de adqui.  
posl.prior usucapit: posterior, non item.

Próinde cum quasi dominium quod est ex titulo  
pro emptore , ab eo quod est ex titulo pro donato &  
reliquis , neq; essentia , hoc est iuxta materiam & for-  
mam , neq; causa proxima , neq; officio siue effectu di-  
stet : cum nemo sanus dixerit hic esse diuersas materias  
& formas . perinde etenim donator tradit donatario ,  
ac ueditor emptori . Et proximam causam singula per  
æquè traditionem habeant . Atq; eūdem effectum . pri-  
mum quia perequè præstant per usucaptionem & pre-  
scriptionem dominium . deinde , quia iuxta tuetur pos-  
sidentem à petitione hæreditatis & à publiciana actio-  
ne . postremo , quia iuxta præstant ei , qui casu à posses-  
sione cecidit , publicianam actionem . Consequitur ut  
specie non distent , sed accidentaliter tantum . quæ est  
Bartholi in dic.l.i.sententia . Quam ego puto à docto  
& celebri nostræ ætatis Iurisconsulto , non satis firmi-  
ter improbari : dum ab absurdo de titulo siue quasi do-  
minio ad probationem colligit . Que tamen collectio  
ut cum uenia ac reuerentia dicam , tam firma non est ,  
ut mihi in præsentiarum satisfaciat . Cum probationis  
duæ species , ut indicauimus , etiam iuxta materiam et  
formam differant : hi uero tituli , pro emptore , pro do-  
nato , pro hærede , pro legato & reliqui , non nisi acci-  
dentaliter atq; iuxta causas remotas ; quod uidelicet  
candē

D E D I V I S I O N E.

candem in specie essentiali (ut sic interim liceat loqui) habeant traditionem. quæ est causa proxima, quam nos legislator spectare iubet .l. si quis nec causam si cer. pet. glo. l. ij. § . ex pluribus in uer. nec enim de ad qui. possi. Quod discrimen capite sequente explicabis. Cuius uiri candor & integritas facit, ut hoc loco à nomine temperem: atq; fieri possit, ut ego fallar. Hominum sententia fallax, inquit poëta. Et Heraclitus dicere solitus est, ueritatem in profundum demersam esse. Necq; etiam uolo hæc omnia quæ hic scribo pro Apollinis oraculis haberi.

Has tres diuisionis species, siue hæc tria genera, au sim ego docendi gracia, in præsentiarum, peculiari & specifica uoce, essentiales adpellare: ut eò manifestius pateat discrimen, quod est inter hanc speciem atq; eam quæ sequitur.

Restat itaq; diuisionis species siue genus, quod est ex accidentibus. Titulus pro emptore differt à titulo pro donato & reliquis accidentaliter ut diximus. Ager uectigalis à non uectigali .l.i. si ager uectiga, uel emphy. petatur. Aqua quotidiana ab a stiua. l.i. de aqua quoti. & estiua. Nimirum usu non iure, ut inquit Iuriscon: hoc est siue quantitate, siue tempore, siue euē tu:nō etiā essetia. Seruus ueteranus differt à nouitio ac cidentaliter. l.f. § . quoties ubi glo. de publica. & uectigal. Qrdinarius, à uicario. Siue uicarius est, inquit

K ij

## C A P V T I I.

Horatius, qui seruo paret. In seruorum etenim conditiōne nulla est differentia, subaudi essentialis. Sic diuiditur furtum in manifestum & non manifestum: nihil enim aliud est quod discriminēt constitutā, quām circumstantia ipsius euentus. Nauis diuiditur accidētaliter in onerariam & scapham. I. f. de fun. instruc. lega. Nec enim minus est scapha nauis, q̄ oneraria: tametsi minor, nec oneraria magis, tametsi maior. Sic locuples non est magis ingenuus, q̄ paup. I. humilē. C. deinceps & inutili. nup. Noti sunt uersiculi. Licet superbus ambales pecunia: Fortuna nō mutat genus. In hūc modū distat flumen à rivo, nempe sola magnitudine aut a stimatione. I. i. de fluminibus. Flumen perenne à torrēte. Flumine perpetuo torrens solet altius ire. Sed tamen hæc breuis est, illa perennis aqua. inquit Ouidius Naso, tametsi figuratē. Atq̄ hoc est quod interpretes iuris ciuilis ex dic. I. f. colligunt: plus & minus non mutare speciem. Accidentia siquidem in concreto, hoc est circumstantiae non faciunt distinctas species: quæ est sententia Bartholi in dic. §. genera. Ad hunc modum diuiditur tutela legitima in eam quæ est agnitorum, eā quæ patronorum, quæ parentum & in fiduciariam, est namq̄ hic nihil aliud quod discriminēt faciat, quām accidens: nempe personæ ipsius circumstācia. Porro quod Rodolphus Agricola libro primo suę dialecticas, plures modos diuisionum enumerat: non est quod nobis scimus

D E D I V I S I O N E.

scum pugnet. quando hi uel ad essentialcs , uel ad accidentiales pertinent. Quorsun uero adtinaeat, tam anxiū inter diuisionem essentialem & diuisionem accidentalem , facere discrimen: palam fieri potest, saltem ex dictis. l.f. de fun. instruc. lega.

Hic libuit iuris ciuilis studiosum admonere: quasdam differētes species i legib⁹, uocibus sic distare: ut nemo uel grāmaticorū uel rhetorū discriminē faciat. Quia enim magna est uocū penuria, ut iā antea per l.iij. de prescrip. uer. indicauimus: uoluerunt Legislatores unam speciem latina uoce, alteram græca adpellari. Castratus latina uox est, spado græca: atq; nihil aliud in grāmaticorum & rhetorum scholis, una significat quam altera. Sic tamen est non solum receptum, sed & legisbus relatum: ut castrati adpellatione intelligamus eū qui est frigidus & parum uir: spadonis uero, cum cui sint excta genitalia. l. si serua de iure doti. l. alūnos de manumiss. uindic. l. sed est quesitum de libe. & posth. Inter pignus et hypothecā tantū nominis sonus differt l. res hypothecē de pigno. & hypo. Pignus tamē paſsim est quod traditur, hypotheca que tantū nuda conventione constituitur l. si rem alienam. § . propriē de pigno. acti. § . item serui. na insitu. de actio. Tametsi Laurentius Valla hanc differentiam reprehendat. Qui tamen nō improbat rhetore probē adpellari pfeffore artis; orathore, qui causas agit. Cum tamen hic quoq;

præter ideo mata nihil intersit: quod prior uox sit græca, posterior latina. Ut uideas Vallam Iurisconsultis ex professo fuisse iniquiorem, suis uero plus æquo p̄pitium. Propter hanc uocum inopiam & latinæ linguae paupertatem, ut ait Cicero, factum est à Legislatorे discrimen inter dare & tradere. Dare est rem accipientis facere. sic propriè dat donatarius, mutuo præstans & uendor si est mercis ipsius dominus: tradere uero non etiam, sed tantum porrigere. sic tradit deponens, commodans & uendor qui non est mercis ipsius dominus. sic tradimus ministris nostris pecuniā ut nobis aliquid emant. §. sic itaq; discretis insti. de aetio. Luere nihil est aliud quam soluere, à Græco uero λύει Vergilius lib. i. Aenei.

Post mihi non simili poena commissa luetis. Luere tam en Legislatori hoc tatum significat, cum hæres ius pignoris soluit, eius rei quæ alicui legata est §. sed & si rem suam insti. de lega. Cum soluere latissime pateat: atq; omnem debiti redditionem & obligac; tionis dissolutionem complectatur.

Hac quoq; ratione factum est, ut aliud significet emancipare, aliud manumittere: hodie namq; filius factus dicitur emancipari, seruus uero manumitti. Quando quidem quædam uoces aliud hodie significant, quam significauerunt olim. Præscribere olim nihil aliud erat, quam excipere. I. qui agnitis de except. & præscrip. hodie

DE DIVISIONE.

hodie ferē idem est quod usucapere. Hostes olim erāt peregrini, authore Cicerone libro tertio officiorum. Horatius libro primo epistolarum. Non qui ciuem dignosceret hoste: hodie sunt perduelles. I. quos nos hostes de uer. signi. Familiæ adpellatione ab initio ser ui tantum & ancillæ significabantur, nempe à famulā do: hodie & herum & heram & liberos eorum hæc uox complectitur. Hac ratione fecit Decemuir in xij. tabulis discriminem inter agnatos & cognatos. Condicō olim erat certa quædam agendi solennitas: hodie nihil est aliud quām actio in personam. Interdictum pariter erat certa solennitas, qua Prætor utebatur, cum de possessione contenderetur: hodie nihil est aliud, q̄ actio in factum personalis in rem scripta. Hæres olim dicebatur dominus. § . item extraneus insti, de hære. quali. & diffe. hodie plerumq; certarum rerum uel est quasi dominus, uel habet ius in re tantum. necq; enim in his rebus plus habuit defunctus. I. & non tantum § . ueniunt de petī. hære. Quod nisi dixerimus, nulla erit prorsus inter reiuendi. & hære. petitionem differen tia. Syndicus olim nihil erat aliud, quām is qui simul iudicaret, & σύνδικος: hodie est actor, hoc est col legij alicuius procurator. I.i. quod cuiusq; uniuers. no mi. atq; defensor. I. munerum. § . defensores de mune. & hono. Municipes olim dicebantur muneris partici pes: recepti in ciuitatem, ut cum alijs munera facerent.

L

C A P V T V I I.

sed nunc abusiuē municipes dicimus suos cuiusq; ciuitatis ciues, utputa Campanos, Puteolanos. l. i. ad muni palem. In hunc etenim modum uerborum uestus interit ætas, inquit Flaccus. Necq; tamen errabit qui hanc postremam tractationem sub uocis definitione complexus fuerit. Quam ego in hūc usq; locum uel eo nomine differre malui, ut primum caput in immensum nō ex cresceret, atcq; habeat ipsa nonnullam diuisionis imaginem & formam.

¶ **CAPVT TERTI**  
**VM DE CAVSA:**

Proxi

DE CAVSA.



ROXIMVS LOCVS EST CAVSAE, SVB-  
audi efficientis: nempe eius ex quo res  
ipsa fluit, atque adeo eius quod rem ip-  
sam producit & efficit. Ut sol est author  
diei: architectus, ædium: carpentarius,  
carpentri. Ius ciuile, tutelæ: testator, testamentariæ:  
lex, legitimæ: & magistratus, datiuæ. Ius gentium,  
emptionis, locationis, mutui, commodati, deposi-  
ti &c. Ius ciuile, stipulationis, contractus emphy-  
teutici &c.

Dominium primeuam causam habet ius gentiū.l.  
ex hoc iure de iusti, & iu, uerum hodie adquiritur tum  
iure gentium tum iure quoq; ciuili. l ure gentium, occu-  
patione, inuentione, alluione, traditione &c. Iure  
ciuili, usucapione, præscriptione, legato, additione hæ-  
reditatis, arrogatiōe & nō nullis alijs modis. Quod ta-  
men ad traditionē adtinet, requiritur ipsius traditionis  
iusta causa: nempe contractus, delictum uel quasi, ut  
emptio, donatio, dotis constitutio, permutatio, trans-  
actio: negotiorū gestio, iuriurādū, sentētia: cōtumelia,  
damnū: imperitia iudicis, deiectio cenacularij. Plerūq;  
etiam modus adqui, dominium iure ciuili introductus.  
ut legatum; præsertim cum res fungibilis aut species le-  
gata fuerit, non etiam cum individualium. Necq; enim  
promiscue quæuis traditio transfert dominū.l. nun-  
quām nuda de adqui, re, domi, Propterea q̄ tradamus

quotidie ministris nostris, tradamus ijs quibus cum ui-  
vimus, commodemus, deponamus, tradamus credito-  
ribus pignora: non tamen ut transferamus à nobis in  
accipientem dominium.

Porrò traditioni adsimilantur primum APPRE-  
**HENSIO**. l. pe. de usucap. pro lega. l. qua ratione. §  
hoc autem amplius de adqui. re. domi. l. ij. de adqui.  
poss. glo. l. si quis sub hoc pacto de contrahen. empt.  
§. amplius insti de re. diui. & adqui. re. domi. & ff. pro  
derelic. to. ti. Deinde RETENTIO. l. quædam mu-  
lier. ij. respon. l. eius rei de reiuendi. l. sed & si res. l. siue  
autem. §. i. de publi. in rem acti. l. próinde si cer. pe. au-  
ten. sed & si quis. ij. respon. C. de secūdis nup. §. inter-  
dum insti. de re. diui. & adqui. re. domi. l. cum uir præ-  
dium de usucap. Lapsus igitur fuit Accursius post lo-  
hannem Bosianum in. l. si fundum de fundo dotali: u-  
bi dixit sine possessione adquiri dominium. Voluit e-  
nim dicere sine traditione: apprehensio uero & retens-  
tio passim tantundem possunt. Requiritur autem u-  
trobicq; prioris domini patientia: nō aliter quām in tra-  
ditione requiritur tradentis animus & uoluntas. l. ij.  
§. subtilius de condic. ob cau. Porrò quod ad trans-  
fusionem, iusiurandum & sententiam adtinet: tantum  
non potest retentio, quantum ipsa traditio. propterea  
quod renuncietur liti tantum, non etiam causæ: & sub-  
sist quædam uoluntatis coactio. Próinde adquirat reti-  
nens

D E C A V S A.

nens neq; dominium neq; actionem: sed solam exce-  
ptionem, tantisper dum possidet. iuxta dogma Cōmē-  
tatorum in.l. sed & si possessori in prin. de iureiu. per.l.  
si pro fundo. C. de transactio.

Quasi dominij causa est duplex: uera & putatiua.  
Vera, cum est uere solutum, transactum &c. Putatiua,  
cum non uerē: habeam tamen iustum erroris causam.  
ut si errauit in facto proprio, putās me soluisse uel trā-  
egisse, persuasus fortasse persuasionibus uerisimilibus.  
In emptione tamen requiritur error iustissimus. ut si p  
curator dicat meo nomine emisse (qui est error facti ali  
eni) propter eius contractus frequentiam: cum alijs con-  
tractus non tam sint frequentes.

Obligatio causas habet delicta & contractus, qua-  
si delicta & q̄si cōtractus: iuxta posteriora duo iuris,  
hoc est iuris prudentiae præcepta: alterum non lāde-  
re, suum cuiq; tribuere. Naturalis, mediante æquita-  
te: ciuilis, mediante legislatoris autoritate, uel legum  
ministri, hoc est iudicis. Ut si contraham cum pu-  
pillo proximo pubertati non authore tutore, obli-  
gabo eum mihi naturaliter. Si scribam me accepisse  
a Sempronio XX. & spe futuræ numerationis tra-  
dam syngrapham, obligabor ciuiliter. Si emam a  
Sempronio equum & non persoluam p̄cium, obli-  
gabor utroq; modo.

Hic ego soleo studiosum iuris ciuilis admonere:

## C A P V T     III.

nemodos adqui. dominium cum contractibus temere confundat. Ut enim aliud est dominium, aliud obligatio : cum prius sit quædam perfectio , posterius uero res imperfecta. Barth:in.l.iij. § . ex pluribus de adqui. posl. Ita aliud est causa dominij, nempe modus adqui. dominium : aliud causa obligationis, uidelicet contra ctus , delictum & quasi. Et quemadmodum inter mo- dos adqui. domi. et obligationem nulla est prorsus cō munio : ita quoque nulla est communio inter contra ctus uel delicta & dominium ipsum . non aliter quam non conuenit calceario cum carpento, nec carpento cum calceo. Nisi quia plerumq; accidit ut contra ctus, delicta & quasi, sint causæ ipsius traditionis : q; traditio sit modus adqui. domi. infirmior dic.l. nunq; nuda:id tamen quod est ipsorum contractuum, deli- ctorum & quasi, alterum officium . nos capite sequen- te latius explicabimus. Quod si uenisset in mente Bar- tholo in .l. si ager de reiuendi. non fecisset differentiam inter titulum uniuersalem & titulum singularem : sed inter contractū potius & modum adqui. domi. Nam & legatum est titulus singularis, & tamen sine traditio ne efficitur legatarius rei legatæ dominus .l. à Titio de furtis : dummodo indiuiduū legetur, non genus siue species neque res fungibilis. Et contrā, Emptio hære- ditatis est titulus uniuersalis : neque tamen in hæredi- tatis emptorem transfertur sine traditione , apprehen-

C.de ijs

DE C A V S A.

sione uel retentione dominium.l. qui tibi hereditatem.  
C.de ijs qui à non domino manumissi sunt. Nimirum  
quod legatum sit modus adqui. dominium: emptio  
uero nihil aliud q̄ contractus. Imposuit autē Bartho-  
lo , quia uidit quatuor illos modos adqui . dominiu-  
iure ciuili introductos: quibus sine traditione per uni-  
uersitatem adquiritur dominium . additionem hæreditatis  
agnitionem bonorum possessionis , arrogatio-  
nem , & assignationem bonorum libertatum conser-  
uandarum causa. Id tamen quod non uniuersitati , sed  
modo adqui . domi. iure ciuili introducto , uel expen-  
sum ferri , uel acceptum referri debet. Est enim omnis  
modus adqui. domi. iure ciuili introductus , eius natu-  
ræ , ut traditionem non requirat: siue is per uniuersi-  
tatem fiat, siue singulatim dic. l. à Titio de furtis: exce-  
ceptis uno tantum & altero , usucapione scilicet & pre-  
scriptione. Necq; repugnat huic dogmati: q̄ Iurisccō: in  
l.h. pro socio : dominium affirmat societate omnium  
bonorū adquiri sine traditione. Quādoquidē id ipsum  
per quandā fictionē fit: cū textus dicat, creditur. Fictio  
uero iure ciuili inuenta est. Nam utcumq; textus in.l.  
postliminiū loquatur de ratione naturali, nō tamē sta-  
tim sequitur, eā iure naturali siue gentium inuentā esse.  
Cum & ius ciuile rationem naturalem p̄ se ferat l. cū  
mulier solu.matri. Prōinde hoc loco societas est iuris  
ciuilis & si non inuentione: attamen adprobatione.qd.

## C A P V T III.

quid dicat Barth: in .l. si is qui pro emptore de usucap.  
 Ex quo necessario consequitur: tametsi sententia con-  
 demnatoria introducat obligationem. l. iij. § . idem scri-  
 bit de peculio: non tamen dominium sine traditione  
 glo. l. inter officium de reiuendi. glo. l. exceptio de ex-  
 cep. rei iudi. Nimirum quòd sententia sit causa traditio-  
 nis, non aliter quàm contractus, delictum uel quasi. l.  
 iij. in fi. de publici. in rem actio. & uicinior conuentio-  
 ni, quàm modo adqui. domi. Imo nihil aliud q̄z quasi  
 contractus dic. § . idem scribit, utcumqz refragante  
 Bartholo. Inde est etiam quòd is cui ex S.C. Trebelli-  
 ano hæreditas est restituta, tametsi possessionem na-  
 ctus non fuerit, uti possit publiciana. l. cum sponsus  
 § . i. de publi. in rem actio. Vide distinctionē Docto-  
 rorum in. § . fi. insti. de offi. iudi.

In explicatione causæ unum & alterum spectan-  
 dum est. Primum an de primæua origine loquamur.  
 Dominium primæuam causam habet & unicam ius  
 gentium: eo etenim iure introductum est. l. ex hoc iure  
 de iusti. & iure. An uero de secundaria. sic dominium  
 causas habet & ius gentium & ciuile: siquidem modos  
 adqui. domi. qui partim à iure gentium, partim à iure  
 ciuili introducti sunt. Noxalis actio plerisqz casibus  
 est ciuilis, primæua sua origine. § . sunt autem insti. de  
 noxa. actio. hæc tamen eadem prætoria facta est ex-  
 tensione glo. l. electio in uer. an prætoria: ff. eo. ti. fa. l. i.  
 § . ad

DE C A V S A.

¶ ad eos ad l. falci. glo. l. quia actionum de præscrip.  
uer. glo. l. fi. de posses. hære. peti. glo. i. l. i. si pars hære.  
peta. Acceptatio iure ciuili introducta est: eam tamen  
Vlpianus iuris gentium adfirmat in. l. an inutilis de ac-  
ceptila. non quia iure gentium fuerit adprobata, sed p-  
pter pactum quod in le habet: id quod est iure gentium  
introductum.

Deinde quæ causa sit proxima & generalis: quæ  
item remota & specifica. Causam proximam & gene-  
ralem dominium habet occupationem, inventionem,  
alluusionem, traditionem, apprehensionem, retentionem  
&c. usucaptionem, legatum, aditionem hereditatis &c.  
cum uidelicet individuum aliquod legatum uel relictum  
est. Remotam, contractus, delicta & quasi: plerumq;  
etiam modos adqui. domi. iure ciuili inuentos, nimiriū  
cum species siue genus uel res fungibilis legata aut reli-  
cta est. Atq; id tum cum modus adqui. domi. est tra-  
ditio, apprehensio uel retentio. Sic fit dominus is cui  
traditur, nō quia simpliciter ei traditur: sed quia ex cau-  
sa emptionis, donationis, dōtis, mutui, legati, hæredi-  
tatis, solutionis, transactionis, sententiæ uel simili. l. tra-  
ditionibus. C. de pactis. l. nunquam nuda de adqui. re.  
domi. In alijs uero modis præter traditionem, appre-  
hensionem & retentionem, nihil est quod tale discri-  
men faciamus: quando sunt dominij causæ utcumq;  
propinquæ, specificæ tamen nō generales. Obligatio  
M

causam proximam habet tantum, nempe contractum, delictum uel quasi. Atq; hæc causa proxima est specifica non generalis: non aliter quām sunt reliqui modi adqui.domi.præter traditionem, apprehensionem & retentionem, causæ proximæ & specificæ ipsius domi nij.sola etenim traditio cum duobus suis adfinijs est infirmior. Reiuendicatio habet causam proximā & generalē dominiū:remotā & specificā,modū adq. domi. Actio psonalis proximā & generalē causam habet ob ligationē:remotam & specificam,contractū,delictū & quasi.præterea modū adq. domi.iure ciuili introductū.

Ceterum hic aduertat animū adolescēs: contractū passim non parū obscure reiuendicationis causam remotā adpellari,id quod facit pariter Romanus Pontifex in.c. Abbate sane dere iudi.libro vi.cū tamē sit potius traditionis causa.hoc est cause remote causa, ppter I.nunq; nuda. Exempli gratia . Emptor edium factus est traditione dominus,adiuuante nimirum emptione atq; uestiente hāc traditionē,alioqui futurā nudā.Qui si casu aliquo amittat possessionē ædium & uendicet: dicimus eius uendicationis causam proximā esse domi nū:remotā,traditionē.emptionē uero minime . Nam emptio in quarto sita est loco,non tertio.ut hunc faciamus graduum ordinem.

¶ Emptio,Donatio,Permutatio,Transactio &c.Legatum generis &c.  
Tradi-

DE CAVSA.

3 Traditio, Apprehensio, Retentio.

2 Dominium.

1 Reiuendicatio.

Vides emptionē reiuendicatiōis nō causam remo tam esse: sed potius causę remotę causam. Ex qbus omnibus sine magno negocio colligi potest ratio, ppter quā ex inutili cōtractū se penumero transferatur dominiū glo.l.multū.C. si qs alteri uel sibi. Nimirum quod tale dominiū causam proximiorē habet traditionem: q̄ causa proximior spectari debet.l. si qs nec causam si cer. pe.glo.l.iij. § .ex pluribus in uer. nec enim de adqui. possess. remotā uero contractū. atq̄ ipsi contrahentes hoc maximē uelint.arg.l.iij. § .subtilius de condic. ob cau. Ut nō impedit regula.l.nunq̄ nuda: que tū locū habet, cū ī qui tradunt nolunt ut dominiū transferat. ut si deponatur, cōmodetur, pignori tradatur &c. dic. § .subtilius.l.quecūq̄. § .de publici.in rem acti. Qui uero inutiliter contrahunt, uolunt id quod agitur uale, ut cumq̄ ex omni parte non ualeat. Transfertur itaq̄, si modo libet propriē loqui, dominiū: non ex cō tractu, pr̄sertim cum sit inutilis: sed ex ipsa traditione, quae consensum habet ut transferatur. qui consensus in deposito, cōmodato & pignore nō est. Prōinde cessante ratione decidēdi.l.nunquam nuda, cessat quoq̄ eius effectus, nempe ut reqrat specifica & peculiaris causa: sed ea etiā inutili trāsferatur in accipiētem dominium.

M ij

Id quod traditioni acceptum referendum est adeo q̄ tradentis uoluntati, non etiam inutili cōtractui. Atq̄ inde colligitur ratio, propter quam in l. si duobus de diuer. & temp o.præscrip.in l. siue autē. §. si duobus de publici. in rem actione & in l. quoties. C.de reiuendi. melior est conditio eius emptoris , cui priori tradita est merx: utcumq; prior alius quispiam eandem emerit. Præterea colligitur: quamobrem dominium transferatur ex traditione facta, prius quam instrumentorū tabule perficiantur. Barth.in.l. contractus .C.de fi. instru. Porrò alijs modi adqui.domi.præter traditionē, apprehensionem & retentionem: siue hi sint iuris gentium, siue iuris ciuilis: non requirūt alias causas, ut paucante perstrinximus . in quibus non inuenies nisi tres gradus.

- 3. Occupatio, Inuētio, Alluuio &c. Legatū indiuidui,
- 2. Dominium. (Arrogatio &c.)
- 1. Reiuendicatio.

Quasi dominij hac in parte eadē est ratio, que dominij:& publicianæ eadem que reiuendicationis.

Huic loco non male quadrare puto, si addidero. Plerasq; res eiuscmodi esse naturæ, ut plures causas sibi jnicem subsequentes probē non admittant, uel saltem non requirant: plerasq; uero ut admittant maxime. Dominium plures causas nō solum non requirit, sed neq; admittit etiam, hoc est, non est ex pluribus causis

causis. l. iij. § . ex pluribus de adqui. poss. l. non ut ex pluribus de regu. iuris. § . sic itaq; discretis insti. de acti oni. propterea quod sit quædam perfectio. Ut si ædes quas à te eni , traditione acceperim : tuq; mihi easdem postea dones: nihil hac donatione agitur . Idem dic de proprietate & usufructu: quæ duo sunt partes domi nij, & non minus perfectiones, quam dominij ipsum. Barth. in dic. § . ex pluribus in fi. Quasi uero dominij um: & ius in re, quale habet creditor siue pignoris si ue hypothecæ, quale habet is cuius personæ uel cuius prædio debetur seruitus, quale habet is cui sola retentio competit: atq; obligatio, possunt ex pluribus cau sis esse. l. & an eadem. § . pe. de excep. rei iudi. dic. l. non ut ex pluribus : cum sint quæda imperfectiones. Atq; præstet habere me quasi dominium, non solum ex cau sa donationis: sed ex emptione, permutatiõe, transacti one & legato pariter . Hoc etenim modo. primum in usucapiendo. deinde in publicana , pignoratitia dire cta , hypothecaria & confessoria actionibus. præterea in tuitione à petitione hæreditatis & à publicana. po stremo in excipiendo, sum fortior . Non aliter quam præstat, te mihi esse obligatum ex pluribus causis: iux ta uulgatum Ouidij uersiculum. Et quæ nō profund singula , multa iuvant. fa. l. non est nouum de actio. emp . Verum dominum esse me rei alicuius , ex una tantum causa satis est ; neq; fieri potest ut noua aliqua

C A P V T   II.

accedat dictis iuribus. tantum abest ut desideretur. Ni  
si eadem opera id ipsum fiat, uel haec plures remotae cau  
sa ipsam causam proximorem, utpote traditionem  
præcedant. Quidquid tandem in. § .sic itaq; discretis  
insti. de actio. dicat Iason Maynus. Vide Felinū in. c. in  
ter dilectos colum pe. de fide instru. in antiquis. Proin  
de dominiū, proprietas & ususfructus nō sunt ex plu  
ribus causis dic. § .ex pluribus. Quasi dominium, ius  
in re & obligatio sæpenumero sunt. dic. l. & an eadem  
§ .pen. l. non est nouum. § .sic itaq; discretis & dic. §  
ex pluribus. Qui. § .loquitur de q̄ si dominio, id quod  
exempla secum ferunt: non autem de possessione, quē  
admodum hactenus creditum est,

**S C CAPVT QVAR  
TVM DE EFFECTV SIVE  
Officio.**

**Quar**

## DE E F F E C T V.



VARTVM CAPVT HABET TRACTA  
tionem ipsius effectus siue officij: id ui-  
delicet quod fit , cuius causa aliud est.  
Nec est ulla res quae frustra sit cōdita  
& officium non contineat. Non potest  
cogitari inquit Cicero, quid sit id quod nihil agit. Ari-  
stoteles adpella<sup>t</sup> eam quæstionem , quia est. Et putat  
Melanchthon effectū & officium in animi habitibus es-  
se ueram & propriissimam differentiam. Ut quemad-  
modū differētia hominis est rationale: ita sit differētia  
ipsius iustitiæ, suū cuique tribuere: ipsius temperantiæ,  
frugaliter uiuere. Legis uirtus siue officium est impera-  
re, uetare, punire , permettere .l. legis uirtus de legibus.  
Consulis, consilium prēbere manumittere uolentibus  
l.i. de offi.consu. Tutoris, tueri pupillum & bona ad-  
ministrare . Curatoris, curare res adulti, deco<sup>c</sup>toris &  
furiosi . Iuris , agere secundum legum præscriptum.  
possessionis ciuilis, usucapere, præscribere. Possessio<sup>n</sup>is  
naturalis, adquirere fructus. Barth,in.l.i. &l. ij. § . ex  
contrario de adqui.possess.

Officia dominij licebit ex definitione colligere.pri-  
mum ut perfectè disponā de ea re cuius sum dominus,  
modo adsit rei copia. Deinde si rei copiam non habe-  
am,ut possim eam uendicare, atque actione reali experi-  
xi; nisi uel lege uel conuentione prohibear.

Quasi dominij officia sunt: primū usucapere, præ-  
co*us* illudque

## C A P V T . I I I I .

scribere. Deinde, tucrī se à petitione hæreditatis atq; à Publiciana actione. Postremo Publiciana experiri. Priora tum locum habent, cum quasi dominus possidet: postremum, cum non possidet.

*finis* Contractuum, delictorum & quasi, sunt duo officia. Vnum ut pariant obligationem: alterum ut uestiant traditionem, apprehensionem & retentionem. I. nunquam nuda. Et quod ad posterius adtinet, idem dic de modis acquiren. domi. iure ciuili introductis: tum uidelicet cum naturam potius habent quasi contractuum quam modorum. ut cū ex legato, hereditate, arrogatione uel reliquo modo petitur genus siue species uel res fungibilis, non etiam individuum. id quod capite praecedente perstrinximus.

Obligationis que ex utracq; conflata est, licebit pariter officia ex definitione colligere. Oritur namq; ex ea actio & exactio: actio ex ciuili, propter Legislatoris autoritatem: exactio, ex naturali, propter ipsam sequitatem. Necq; enim loquitur definitio de eo debito re qui ultroneus atq; extra iudicium soluit: sed de eo q; necessitate adactus, in iudicio adeo q; per iudicis sententiam, ad soluendum adstringitur. Non errabit etiam si quis de ultro soluente loquatur: quando satis est legge iubente soluere, utcumq; non etiam iudice. Quemadmodum non solum is qui in vinculis detinetur, in vinculis esse dicitur; sed is pariter qui sine dedecore in publico

D E E F F E C T V.

publico adparere nō potest. I. in eadem ex quibus cau-  
maio. Naturalis obligationis officia sunt. primum pa-  
rere exceptionem. I. iurisgentium. § . sed cum nulla de  
pactis. Deinde ut sit satis ad nouandum. I. i. in fi. de no-  
ua. Tum, ad constituendum. I. i. § . debitum de consti-  
pecuni. Præterea ut accedat fideiussor. I. stipulatus sum  
cum. I. sequen. de fideiusslo. I. naturaliter de cōdīc. inde.  
Rursum ut accipiatur pignus dic. I. naturaliter. Postre-  
mō, ad compensandum. I. etiam de compensa. Quod  
autem dixi, naturalem obligationem, nimirum quē ex  
nuda pactione fluit, parere exceptionem: intelligendū  
erit ~~ταρατατικως~~. Nam cum hæc obligatio iuris gentiū  
sit, non potest id quod est iuris ciuilis parere. Non ali-  
ter quā mali mores bonas leges non procreant, sed  
occasionem præstant ut ferantur. Sic quia, nuper ad-  
fuit naturalis obligatio, consequitur ut exceptio ho-  
die præstetur, ei qui naturaliter tantum debitum acce-  
pit: atq; adeo ut soluta pecunia repeti non queat. I. fide-  
iussor. § . fideiussor de fideiussl. I. iurisgentium. § . sed  
cum nulla de pactis. Ciuilis obligationis effectus &  
officia sunt. primum ut pariat actionem, necq; tamen  
exactionem: dummodo reus conuentus tueatur se sua  
exceptione, atq; alteram obligationem post acceptū  
iudicium elidat, & eiusmodi actionem subuertat. iudex  
siquidem ea quæ sunt facti non supplet. I. unica. C. ut  
quæ de. aduo. par. iud. supp. Deinde ut sit satis ad nos-

N

## C A P V T     III.

mandum dicta l.i.in fine de nouationibus.

Reiuendicatiois officium est rem suā uel repetere, uel petere. Publicanæ, repetere eam rem cuius aliquis habet quasi dominium, atq; possessionem recuperare. Actionis personalis, id consequi quod nobis est debitum, siue res sit, siue factum.

Porro hic quoq; admonendum esse puto iuris ciuilis studiosum: esse in effectibus & officijs gradus, nō aliter quam in causa. Eadē enim est uia, ut inquit Aristoteles, à Thebis ad Athenas, quæ est ab Athenis ad Thebas. Modi adqui. domi. effectus est dominium. ipsius dominij, reiuendicatio. Emptionis & contumeliae effectus est obligatio: ipsius obligationis, actio personalis. Prospiciendum autem est diligenter, uter effectus sit prior, uter posterior. Quod cum in mentem Accurso nō ueniret in. l. si rem alienam de pigno. actio . actiōnem pignoratitiam dixit nasci ex cōtractu anteacto, atq; eo tempore quo fortasse pecunia dabatur mutuo & pignus tradebatur. Cum tamen ex tali contractu (de pignoratitio loquor) ne obligatio quidem oriatur, nisi conditionalis: tantū abest ut ex eo oriatur actio: que est ipsius obligationis filia. l.i. § .i. de procu. Verum si nullatq; debitum soluitur creditori, extat conditio & fit obligatio pura. Ex qua obligatione tum primum incipit actio competere, id quod post unū atq; alterum annum fieri potest, & nō ex cōtractu statim ut pignus traditur.

D E A D F I N I.

traditur. Neq; pugnat cum hoc dogmate. I. si filiusfa-  
de regu. iu. quandoquidem et in ea non nascitur actio,  
nisi postea, quam ipsa traditio extitit: atq; habeat hoc  
responsum circumstantiam personæ, non etiam tem-  
poris.

 CAPVT QVIN  
TVM DE ADFINI.

VINTVM ESSE DIXI ADFINE: QVO'D  
cum re ipsa aliquam habet similitudinē,  
aliquam adfinitatē. Iustitiæ adfinia sunt  
prudentia, fortitudo & temperantia. Iu-  
risprudentiæ, dialectica, rhetorica, me-  
dicina & reliquæ artes. Consuetudo, iuris & legis. I. di-  
uturna de legibus. Pollicitatio, pacti. I. iij. de pollici.  
Compromissum, iudicij. I. i. de arbi. Cura, tutelæ. I. si  
in emptione in fi. de contrahens. empt. Inquilinus, co-  
loni. I. re pignoris de adqui. possess. Actor, procura-  
toris. I. neq; tutores. C. de procurato. Caupo & stabula-  
rius, nautæ. Arbitrator, arbitri. I. societatē. § . arbitrorū  
pro socio. Bonorum possessor, hæredis. I. itē ueniūt  
§ . licet autē de peti. hære. Bonorū possessio, hæreditatis  
I. hæreditatis de uer. signifi. Actio familiæ erciscūdæ,  
petitiōis hæreditatis. I. sed & si lege. § . pe. de peti. hære.

N ij

## C A P V T . V.

Rursum actiones communi diuidendo & finium regundorum, actionis familiæ erciscundæ. I. in tribus de iudi. Partus ancillarum, ipsorum fructuum. I. ancillarum depeti. hære. præterea, pensiones urbanorum & rusticorum prædiorum, operæ seruorum, uecturæ nauium & iumentorum dic. I. ancillarum. §. fi. & I. mercedes. Siliqua, aristæ: legumen, frumenti. I. frugem de uer. signi. Repudiū, diuortij. I. inter stuprum. §. i. Portari & agi, ferri. I. ferri eo. ti. Mundus, ornamentorum largumento. §. pe. & fi. de auro & argen. lega. Actionis directæ, actio utilis & subsidiaria. I. pen. si quadru. paupe. fe. di. I. si seruum in fi. ad. I. aquil. Senatus consuli Macedoniani, S.C. Velleianum. I. tamen et si in fi. ad S.C. Macedo. En ptionis & uenditionis, locatio & conductio. I. ij. loca. Quatuor contractuum qui solo consensu contrahuntur, donatio hodie & conuentio siue constitutio hypothecæ. I. si quis argentum. §. pen. C. de donatio. I. contrahitur hypotheca de pigno. & hypo. Furiosi, mente captus. I. si furiosi. C. de nuptijs. Rerum dotalium, παρεργα. I. si ego Seiæ. §. dotis autē de iure dotium. Furis, abigeus. I. i. §. i. de abigeis. Actionis seruianæ, quasi seruiana seu hypothecaria. Hypotheca, pignoris. §. item seruiana insti. de actio. Iumenti, pecus. I. ædiles aiunt. §. itumentorum de ædi li. edicto. Actionis furtiuæ, actio rerum amotarum. I. si mulier. §. hoc actio, rerum amotarum. Traditionis, adpre

## DE ADFINI.

adprehensio & retentio . § . interdum & . § . hoc am-  
plius insti.de re . diui. & adqui.re.domi. Eiusdem tradi-  
onis, usucapio.l. traditionibus . C. de pactis . Neq; ta-  
men aliter , quām cum de dominio agitur : non etiam  
cum de quasi dominio & publiciana . Cum traditio  
præstet dominium & quasi dominium : usucapio ue-  
ro dominium solum . Próinde ut cum reuerentia dicā,  
fuit meo iudicio lapsus Vlpianus in.l.i. de publi. in rē  
acti.dum quæsiuit : cur traditionis dumtaxat & usuca-  
pionis mentionem fecerit Prætor, in præstanta publi-  
ciana . Quando his uerbis NONDVM VSVCA-  
PTVM , non significetur causa , quales sunt legatū,  
donatio,emptio,transactio , dotis datio &c. sed circū  
stantia temporis . Imo non satis quoq; considerate,  
meo iudicio , adsimilauit traditioni legatum ( si quan-  
do legatur res fungibilis uel species non individuum )  
& reliquas causas,ut sunt emptio , donatio,transactio  
&c.dic.l.i.&l.ij.in prin.de publi.in rē actio. proptes-  
rea quod nihil aliud agant,quām quod ipsam traditio-  
nem uestiant & confirment , propter dic.l.nunquam  
nuda. Est etenim eo in loco inter traditionē & causas,  
uestientes eandem,maximum discriminem.idquod Vlpi-  
anus,parum cautus,non perspexit . In fraudem legis  
facere , ad fine est eius, quod est contra legem facere.l.  
contra legem de legibus . Causæ finalis ad fine est causa  
impulsiua.l.i. § . sexum de postulan.Bal.in.l. generali

N ij

## C A P V T V.

ter.C.de epis. & cle. Loci , tempus.l. uinum si cer.pe.  
 Emptionis , permutatio, Locationis , contractus em-  
 phyteuticus.Mercatoris, uenalitiarius.l. mercis , quæ  
 est in ordine secunda, de uer. signi.Commodati, preca-  
 rium .l.i.de preca. Obligationis naturalis , obligatio-  
 nis ad remunerandum .l.sed & si lege. § .  
 consuluit de peti.hære. Mutui , indebitum. § .i.insti-  
 quibus mo .re contra. obliga. Obsequiorum, operæ:  
 præsertim officiales .Donatio causa mortis, ipsius le-  
 gati,l.fi.C.de donatio.causa.mor.Possessiōis, detētio.  
 Ipsius possidere,in possessione esse.l.officiū de reiuen.

Dominij adfinia sunt, quasi dominium , & ius in  
 re specificum , id uidelicet quod habet in pignore uel  
 hypotheca creditor, is cuius personæ uel cuius prædio  
 debetur seruitus, is qui tantum habet retētionē, hoc est  
 exceptionē,nō actionē.l.& non tantū. § ueniūt de pe-  
 ti.hære. Vide Iaso:in . § .omniū in glo.uer. possideat.  
 ibi.dicite ergo ,insti.de actioni.Ex quo nimirū adpa-  
 ret,quām diligenter Iuriscon:in,l.eorum de dam.infec-  
 ussumfructuariū & superficiariū adsimularit creditori.  
 Cū creditor nihil aliud habeat quām ius ī re specificū:  
 ususfructuarius partē dominij,superficiarius uero etiā  
 speciē eiusdem.Id quod obiter perstrinximus capite se-  
 cundo, ubi exemplo M.Ciceronis admonuimus:ne p-  
 tes temere cū speciebus cōfundamus. Porrò quasi do-  
 minium non esse tertiam speciem dominij, à directo &  
 utili


D E A D F I N I .

utili distinctā, non una tantū ratione probari potest. Primum hæc uocula quasi, significat impro prietatem glo. l. si cū dotem. § . fi. solu. matri. & quasi tale non est tale. l. mercis la. n. de uer. signi. l. si maritus. § . legis Iulię de adul. Deinde usucapio & præscriptio sunt modi ad qui. domi. ergo is qui usucapit uel præscribit, nempe q̄ si dominus, prius quām complet usucaptionē uel præscriptionem, non est dominus. Alioqui non erunt nisi modi confirmandi dominium, non etiā adquirendi. Cui alterum absurdum cōsequens est, duos esse eiusdē rei dominos, eū aduersus quem usucapitur, & eum qui usucapit. id quod pugnat cū. l. si ut certo. § . duobus uehiculum, cōmodati. Tertio cū proponitur in iudicio dominium, intelligitur et directum & utile propositū: neq̄ tamen quasi dominium arg. l. minor. § . si seruus de euict. Quarto cum dominium non sit nisi ex una causa. l. & an eadem. § . pe. de excep. rei iudi. § . sic itaq̄ discretis insti. de actio. quasi tamen dominium est ex pluribus. l. iiiij. § . ex pluribus de adqui. possess. non aliter quām obligatio. l. non est nouum de actio. empti. Quinto dominium adquiri potest per procuratorem, etiam ignorante domino: quasi dominium nō potest, nisi domino sciente. l. possessio quoq; § . fi. de adqui. poss. Postremo quorsum adtinuisse à Publicio Prætore nouam actionem introduci? neq̄ enim utili domino adinuenta est noua actio. Próinde nihil est aliud

N iiiij

C A P V T . V.

quasi dominium, quām ad fine ipsius dominij: quemadmodum & ius in re specificum. Directum uero & utile, sunt ipsius dominij species. ad hunc modum qui sequitur.



Domini

D E A D F I N I :

Domini adfīne est hāeres : nam is plerūq; p̄tēdit tantum ius in re, ut si defunctus fuerit alicuius rei hāreditariæ commodatarius, depositarius, uel creditor pignoris. l. & non tantum. § . ueniunt de petitio hāere. Ex quo consequitur reiuendicationis esse adfīne petitionem hāreditatis. Quibus adde Publicianam l. sed & si res. § . in publiciana de publi. in rem acti. Ser uianam, Quasi seruianam siue Hypothecariam, Confessoriam atq; reliquas in rem actiones.

Obligationis adfīne est æquitas ex qua fluit officium iudicis arg. l. qui per collusionē in fi. de acti. emp. Ex quo colligitur, actionis personalis esse adfīne iudicis officium dic. l. qui per collusionem. Exempli gratia, actione personali peto debitum: officio iudicis, non qdēm debitum, attamen id quod est æquum præstari. ut regulariter fructus, id quod interest & litis impensas. Præterea actionis in genere adfīnia sunt petitio bonorum possēt. & querela inofficiōi testamenti, secundum doctrinam Bartholi in .l. nam & postea. § . si minor de iureiu. glo. l. posthumus. § . si qs ex ijs de inoffi. testa. Actionis bonaſi. adfīne est actio arbitaria. § . præterea insti. de actio, est enim in utraq; officium iudicis : in priore tamen, secundum naturam actionis : in posteriore, præter naturam actionis . In priore adhæret actioni: in posteriore, personę ipsius iudicis.

In fine adde, quasi tale adfīne esse eius quod est ta-

C A P V T    V.

tractus, ipsius contractus: quasi delictum, ipsius delicti: peculium quasi castrense, ipsius castrensis: pecunia quasi nautica, ipsius nauticæ. I. periculi de nauti. fæno. Necq; enim quasi tale est tale, præsertim in ijs quæ sunt facti. I. si maritus la. ij. § . legis Iuliæ ubi Barth. de adulterijs. Tametsi quantum ad iuris dispositionem adtinet, æquiparari haec duo quoquo modo uideri queant. I. ij. § . idem scribit de peculio. Quasi dominium ad fine est dominij, quæadmodū iam antea multis rationibus euicimus.

**C A P V T    S E X T V M**  
**D E   C O N T R A R I O.**

Contrariū

## DE CONTRARIO.



ONTRARIVM EST QVOD CVM IPSA  
re'pugnat. Dialectici in topicis faciunt  
quatuor species. Relationem ut pater, si  
lius: dominus, seruus: ingenuus, liberti-  
nus. Priuationem ut cæcitas. Contra-  
dictionem ut Sempronius non est obligatus . Et con-  
trarietatem ut albedo, nigredo. Atq; referre docet, que  
contraria habeant tertium siue medium: quæ cōtrā nō  
habeant. Inter album & nigrum est rufum, luteum, fla-  
uum, cesium, glaucum & reliqui colores. Inter esse me-  
um & esse tuum, esse Cañ uel Titij. l. sed & si posseſſo-  
ri in prin. de iureiu. l. si inter me & te de excep. rei iudi.  
Inter adſensum & contradictionem, patientia. l. i. §.  
Scientiam de tributo, actio. Inter delicate' progredi &  
diplomate uti, est maturare. l. cōtinuus. §. i. de uer. ob  
li. sic loquitur Neptunus apud Maronem . Maturate  
ſugam, regi' q; hæc dicite uestro . Inter donatum & cō-  
modatum, precarium arg. l. i. de preca. Inter sacram  
& prophanum, sanctum l. sacra de re. diui. Inter libe-  
rum siue ingenuum & seruum, libertinus. l. manumissi-  
ones deiusti. & iu. Inter uenenum bonum & uenenū  
malum, amatorium . l. eiusdem . §. i. ubi Barth, de ſica.  
Inter negligentiam crassam siue nimiam ſecuritatem &  
delatoriam curiositatē, scientia. l. nec ſupina de iuris &  
facti ignorantia. Inter bonam fidem & malam fidem,

## C A P V T VI.

dubietas.glo. § .genera.l.ijj.de adqui. poss. Medium habent subdisiunctiua prioris generis , ut aut sedet aut ambulat. Medium non habent disiunctiua , ut dies est aut nox .l.hæc uerba de uer.signi.Medium non habet iustitia & iniustitia:contractus nominatus & innominatus:contractus bonæfi. & stricti iuris . Porro quia hæc tractatio ad topicen pertinet:& fieri non potest, ut qui unum nouerit alterum ignoret.propterea quod contrariorum eadem sit disciplina sive cognitio.l. qui accusare de accusa.inisti.qui sunt sui uel alie.iu.in prin. Nos in explicatione contrarij unum atq; alterum tantum spectabimus . Primum quid nam rem ipsam de qua loquimur & quam explicamus,impedit,quo minus oriatur. Deinde quid eandē ortam rursus tollat.

Quod ad primum adtinet:tutelæ contrarium est pubertas,hæc namq; tutelam impedit quo minus oritur. Ipsius ususfructus contrarium tractatur,cum rei alicuius fungibilis quæstio oritur.Harum etenim rerū ut & M.Cicero in Topicis & Vlpianus in .l.hoc senatusconsultum de usufru.ca.re.quæ usu consu. inquiūt, non est usus sed abusus. Tametsi utilitatis causa senatus Romanus censuit,ut eiusmodi rerum saltem quasi ususfructus cōstitueretur.Dominij contrarium tractatur , si stipulatori tradatur res sacra,sancta, religiosa,liber homo.Si eiusmodi res legetur .Et ad hunc modum Tribunianus cum suis collegis tractaturus dominiūm

D E C O N T R A R I O.

nium libro secundo ipsarum institutionum, orditus est à contrario: perstringens eas res quæ sub dominio nostrum non ueniunt, quales sunt communes, publicæ, uniuersitatis, sacræ, religiosæ & sanctæ. Obligatio nis quæ ex naturali & ciuili conflata est, contrarium tractatur, si contrahat pupillus cum tutori: ego cū eo cui est publice bonis interdictum: si seruus intercedat: si alter coniugum donet alteri. Cum enim conuentio nem aliquam Legislator improbat, tum non solù nō oritur ciuilis, sed neq; etiam ipsius naturalis effectus & officia. l. cū lex de fideiustl. ubi Doct. arg. l. f. § . f. rem ratam haberi. Atq; id quidem hac ratione. Lex superior regula est legis inferioris: superior lex dicit. Magistrati obedi. l. n. de iusti. & iu. Inferior dicit. Præsta qd es pollicitus. l. i. in prin. de pactis. Iā et si lex ciuilis adeoq; Legislator in legem naturæ siue gentium nihil protestatis habeat. l. n. de usufru. ea. re. que usu cōsu. § . sed naturalia insti. de iure na. gen. & ci. cum si. Attamen qd superior lex naturæ siue gentium iubet, ut magistrati obediamus: fit ut lex inferior superiori cædat. hoc est ut saltem effectus & officia naturalis obligatiōis impediantur: nimirum cum hi effectus iure ciuili introducti sint. Ad hūc modum cedit posterior Mosis tabula priori: quando magistratus blasphemum iubet occidere, utcumq; posterior tabula uetet: nempe ut priori satisfiat. Et Legislator permittit usucapione priuato alicui

Q

## C A P V T VI.

auferrī rem suam : propter uidelicet publicam utilitatem . arg . l . i . in fi . C . de cadu . tollen . quod inter leges naturæ sive gentium sit quidam ordo , non aliter quam in Mōsi tabulis .

Quod ad secundum adtinet . Tutela finitur pubertate , arrogatione , deportatione & plerisq ; alijs modis insti . quib . mo . tute . fini . Ususfructus finitur morte usufructuarij & maxima atq ; media capitis diminutionibus . § . fi . insti . de usufructu . Dominium amittimus traditione , id est datione : hoc etenim modo transfertur . l . traditionibus . C . de pactis . § . per traditionem insti . de re . diui . & adqui . re . domi . Præterea usucapione directum , præscriptione longi temporis utile . Rursum si rem habeamus pro derelicto : dummodo possessionem non retineamus . Necq ; enim solo animo dominium amittitur . l . si quis ui . § . differentia de adqui . poss . Postremò utile quod superiorē nō agnoscit , quale habet is qui longo tempore præscripsit , ijsdem modis amittitur quibus directum . Utile uero qd superiorem agnoscit , quale habent feudatarius & emphyteuta , difficilius amittitur : quod sapiat iuxta sentiam Bartholi in dic . § . differentia naturam obligacionis . Obligationem utramq ; amittimus solutione , acceptilatilatione , nouatione , iureiurando iudicali . Naturalem solam , pacto conuento , iurciurando uoluntario . l . Stichum aut Pamphilū . § . naturalis de solu . itē tempo

DE CONTRARIO.

tempore. I. obligationum fere. § .i. de actio. & obliga.  
Nam cum dicitur tempus non esse modum tollendæ  
obligationis , intelligendum est de sola ciuili, non etiā  
naturali. Quod nisi ita sit , non daretur elapsō tempo-  
re exceptio : cum uidelicet annua,bima,trima die pro-  
missum est. Ciuilem solam amittimus exceptione per  
emptoria, sententia absoltoria. I. Julianus de condic.  
inde,iureiurando necessario,cū iuratur nihil deberi: de  
est enim creditoris expressus consensus. Præterea, præ  
scriptione. Barth.in. I. si pupillus ad fi. de admi. tuto. Fe  
linus in.c.ad aures de præscrip. in antiquis. & nonnul  
lis alijs modis.

In fine addo discriminem quod est inter contraria & præ  
ter,hoc est inter contraria & diuersa. Contra ius agit,  
qui contrahit cum suo pupillo : legislator namq; eam  
conuentionem prohibet. Præter ius, qui cum pupillo  
non suo : legislator enim tantūmodo non adprobat.  
Contra ius seruus fideiubet : præter ius enit,promis-  
tit , accipit mutuo : nimirum h̄sdem rationibus glo. I.  
fi. C. si cōtra ius uel utili. publi. Cōtraria sunt uenire di-  
em & non uenire diem : diuersa, uenire diem & cädere  
diem. I. cädere diem de uer. signi.

Porrò in hac contrarij ipsius tractatione, potio-  
rem locum sibi circumstantiæ uendicant: prōinde li-  
buit eas saltem perstringere.

# CAPVT SEPTI MVM ET VLTIMVM DE Circumstantijs.



IRCVMSTATIAS, QVAS GRAECI τεχνη  
sædeq; adpellant, enumerat Iuriscon:in.l.  
aut facta de pœnis septem.Causam, per  
sonam, locum, tempus, quātitatem, qua-  
litatem & euentū. Aliquis comprehēdit hoc uersiculo.

Quis, qd, ubi, qbus auxilijs, cur, quomodo, quādo.  
Fabius Quintilianus libro ij. suarum institutionum,  
non facit inter posteriora tria prædicamenta, quorum  
ipse nouem enumerat, & circumstantias discrimē. Imo  
prædicamenta quæ elementa uocat, non aliter quam  
circumstantias tractandas docet. Ego non infrugiferū  
esse puto, si discrimen etiam addidero. Prædicamentū  
& circumstantia meo iudicio in hoc distant. Prædica-  
mentum est accidens in abstracto, à substantia separa-  
tum, id quod tum sit, cum naturam & essentiam ipsius  
uel definiendo vel diuidendo quærimus. ut tria, qua-  
drans, hemina &c. prudentia, metus, albedo &c. manci-  
patio, libertas &c. Atq; hæc est idea illa Platonica, de  
qua tā uaria à maioribus scripta sunt: quā Plato dixit  
esse perpetuam. Circumstantia uero est accidens in cō-  
creto, atq; adeo substantiæ inhærentes. ut tres tutelæ, qua-  
drantalis hæreditas, heminalis can:harus &c. prudens

Brutus

DE C I R C U M S T A N T I I S.

Brutus, meticulus Paris, albus paries &c. mancipium Stichus, pubes Sempronius &c. Priore casu definiiri & diuidi potest, posteriore non potest ut supra admonui.

Hæ circumstantiæ hoc officij habent, ut uariant et dominium & obligationem & reliqua deniq; omnia quæ in legibus sunt.

1 Causa uariat dominium. Qui ex causa uenditionis aut donationis tradit alteri rem suam, facit accipientē dominum. Qui uero ex causa commodati aut depositi, non item: propterea quod harum duarum traditio- num sint diuersæ cause: atq; prior tradens hoc uelit, po- sterior nō etiam. arg. l. iij. § . subtilius de cōdic. ob cau. Causa uariat obligationem. Qui promittit ex causa ho- nesta obligatur: qui ex turpi, non obligatur. l. generali ter. l. si plagi de uer. obligati. Nimirum quod sit omni um primum inter iuris præcepta: honeste uiuere. Por- rō hic aliter de causa loquimur, quām capite tertio lo- cuti sumus. Vbi causa est ex q̄ res fluit. hic uero nihil est aliud quām propositum & ratio , propter quam aliquid fit.

2 Persona uariat dominium . Pupillus sine tutoris authoritate non transfert, utcūq; tradendo, à se rei suæ dominium . l. obligari de autho.tuto. Qui est adultus transfert. Persona uariat obligationem. Pupillus pro- mittendo nō obligatur nisi naturaliter. l. i. in f. de noua.

**A**dultus & maior obligat utroq; modo. Seruus intercedēdo neutro modo obligat. I. seruus inscio de fideiu.

**3** Locus uariat dominium. id quod tituli præ se ferunt. ff. ne qd in lo. pub. fiat. De loco & itine. publi. Ne qd in lo. pub. uel pri. fiat. De loco publi. fruen. De uia publi. & itine. pub. refi. atq; similes. fa. §. cū in suo solo cū aliquā sequētibus insti. de re. diui. et adq. re. do. Locus uariat obligationem iuxta titulos. ff. de eo qd cer. lo. & C. ubi cōue. q cer. lo. da. pmi. fa. §. pterea insti de acti.

**4** Tempus trāsfert dominiū ab uno in aliū per usus pionē & præscriptionē. Tempus tollit naturalē saltem obligationē tametsi non etiā ciuilē: quod non dicatur modus tollendē obligatiōis. subaudi ciuilis. I. obligatiōnū ferē. §. i. de actio & obliga. Id quod inde liquet: qd elapsō præfinito tempore. detur ciuiliter adhuc obli gato exceptio. Ut si pmitto tibi annua. bīma. trīma die centū: certē quadrima die adhuc debebūtur centū. ciuiliter uidelicet. Liberū autē erit excipere atq; ciuilē obligationē que tempe sublata nō est. elidere ac resoluere. Quod nō fieret si utroq; modo deberetur. Perstrinx obiter in capite præcedēte. Locus & tēpus uariat solutiōnē. I. uinū si certa peta. I. si cui ex empto. §. fi. de uer. **5** Quātitas uariat dominiū & obligationē. ut (signi. si ultra D. aureos sine insinuatione donet aliquis: tradē do siquidē nō transfert dominiū: pmittendo nō obli gatur. I. pe. C. de dona. §. perficiūtur insti. co. Si ultra dodran.

DE C I R C V M S T A N T I I S.

dodrantē quis leget: ultra dodrantē per fideicōmissum restituere iubeat. Si quis eam hæreditatē adeat, quæ legatis exhausta est. Quātitas uēdicat sibi locū in prēscriptionibus, nā eātenus tantū prēscribitur, quātenus possidetur. l.i. § . Julianus de itine, aētu q̄ priuato. Ques p numero ab actarum, aut abigeum aut furem faciunt. l. iiiij. de abigeis.

6 Qualitas impedit transferri dominiū. ut si tradatur alicui res sacra, sancta, religiosa, liber homo insti. de re, diui. usq; ad. § . singulorū. Si eiusmodi res prominatur stipulatione, impeditur obligatio. § . i. insti. de inuti. stípula. Si eiusmodi res uēdatur, emptore igno rante qualitatem rei, non impeditur obligatio. § . f. in sti. de emp. & uendi.

7 Euētus multa cōplectitur. Metū siue uim, errorē, dolum, culpam & casum fortuitum. Qui ui & tali me tu, qui in constantem uirum potest cadere, cogitur: ut tradat alicui rem suam. trānsfert quidē à se dominium. cum coacta uoluntas, stricta iuris ratione, sit uoluntas. l. si mulier. § . pe. quod metus causa. Legislator tamen permittit metum passo, ut possit utilē laltem reiuendicationem aduersus talē dominū & possessorē intēta re. l. iiiij. C. eo. Habet enim Legislator eum, tantisper dum uendicat, pro domino uel quasi, equitatis gratia: utcūq; dominus amplius nō sit. Nimirū cōniuentibus oculis, ut inquit Iuriscon. in. l. iiiij. de manumissiōibus,

## C A P V T . V I L

Idem ego ausim adfirmare de eo qui errore labitur: atque eo qui dolo inducitur. Quandoquidem quod ad obligationem adtinet haec tria adsimilantur, insti. de excep. in prin. colligendo à simili de obligatione ad dominium. Ad hunc modum is qui metu fit dominus uel saltem hæres, habet à iure abstinenti beneficium. l, qui metus de adqui heredi. Qui metu cogitur, aut errore labitur, aut dolo inducitur, ut stipulanti promittat: non obligatur nisi ciuiliter. Nam conuento datur exceptio, uel quod metus causa, uel in factum propter errorem, uel dolii mali. dic. prin. insti. de excep. Culpa & casus ad obligationem pertinent potius, quam ad dominium: nisi fortasse cum consumptiōne conciliatur mutuum. l. si à furioso in fi. si certū peta. condic. De positarius obligatur si dolo aut lata culpa res deposita apud eum intercidat: si leui, leuissima culpa aut casu, nō obligatur. Creditor obligatur si pignus leui culpa intercidat: non etiam si leuissima aut casu. Commodatarius uero leuissimam etiam culpam præstat: neq; tamen casum fortuitum. Nisi in istis contractibus omnibus ab initio sit aliter conuentum. l. i. §. si conuenientiatur, depositi. Porrò mutuum & indebitum accipiens nihil horum non præstat. insti. quib. mo. re. cōtra obliga. l. contractus de regu. iuris. Euentui adde contumacia: nam & hec uel sub dolo uel sub culpa cōtinetur.

Hactenus perstrinximus circumstatiās iuxta modos

DE C I R C U M S T A N T I I S.

dos adq. domi. atq; cōtractus: uel iuxta dominiū & ea  
obligationē, q̄ ex cōtractu fluīt. Iuris cō: in dic. l. aut  
facta de delictis exēplificat: uariāt etenim hę circūstan-  
tię omnia ea quae in legibus sunt. Et nihil est aliud hęc  
tractatio, q̄ uel ipsius contrarij, uel <sup>της επιεικει</sup> Aristo  
telice cōsideratio: cū iubente equitate, stricti iuris ratio-  
nē uel intēdimus uel remittimus. Nos aut̄ uno atq; al-  
tero tantū exemplo, nempe Dominiū & Obligatiōis,  
usi sumus: nimirū q̄ neq; sit mei instituti, neq; mearū ui-  
riū, omnia exēpla cōgerere: Et haud scio nū Domitius  
Vlpianus uel alius qui uis ex ueteribus illis Juris cōsul-  
tis, si in uitā rediret, idipsum prestare poterit. Verissi-  
mum siquidem est quod Fabius Quintilianus libro  
vij. reliquit scriptum. De iure omni disputandum  
semper: nec unquam satis esse iudicatum. Atq; hęc  
duo sint uniuersi iuris ciuilis capita ad quę reliqua oīa  
que sunt in legibus referūtur. Qui diligēs est & studio-  
sus, ad reliq̄ q̄c trāsferet. Neq; enī exēpla restringūt  
regulā. l.i. § . quod uulgo de ui & ui arma. l. regula. § .  
& licet municipum de iuris & facti ignorantia.

Tēλō:

Johannes Apellus adolescenti iuris ciuilis studioſo.  
Crede mihi bene qui defuit, diuidit atq;

Partitur, cunctos explicat hic numeros.


Aerea fictilibus contrā sic miscet, iners qui

Confundit partem non bene cum ſteie.

Hoc est quod ueteres quondam dixisse feruntur.

Multa hunc ſcire iurum, qui numerare ſciat.

P



Bal. in. l. error. C. ad. l. falci. Ias : May. in. §. omniū sup  
 glo. uer. possideat. ibi. dicite ergo secundum Dy. & Ni  
 co. de Neapo. institu. de actio.

# CANDIDO LECTORI IO.

hannes Apellus .S.

Consultius facerem longè candide Lector, si ea potius styli parte uterer quæ debet: uidelicet meliore ut inquit Fabius. Nimirum cum non ignorẽ plerosq; futuros, q; in opere alieno ingeniosi uideri uelint. Verūta mē q; a huius negocij alea in eū modū cecidit: ut me partim casus & amicorū hortatus induxerit: partim uero necessitas, ingens telū, impulerit. Passus sum uerecūdiam meam potius periclitari: quām ut uel casui, uel amicorum desiderio, uel etiā ipsi necessitatī contrārem. Sed potuisti, reclamat Aristarchus aliquis, ueterum iurisconsultorum lapsuum nullam facere mentionem: atque sicubi peccatum est quidpiam, prudenter dissimulare. Potuī quidem ò bone, n̄isi uoluissim studioso iuris ciuilis adolescēti (cui hic soli inseruio) palām face: re: quantum referat sine magno negocio dispicere, ubi Legislator generice uel specificē, ubi propriē uel impropriē atque ciuili quodam modo, ubi figuratē uel simpliciter, ubi de toto uel genere, ubi deniq; de partibus uel speciebus loquatur. id quod, n̄isi fallor ego, magni commentarij uice addiscenti poterit esse. Et nos capite secundo diximus, has sinistras liberarum locutionum interpretationes, nostræ infirmitati potius, quām horum doctissimorum uirorum negligentiæ expensum ferri debere. Quæ tamen

P ij

## E P I S T O L A

loquendi libertas nobis tot commentarios peperit, ut  
 Cleātem etiam aliquem ~~τιθεντος~~ ab instituto deterrere  
 queant. Quid: quod & illi fuerūt homines. Nōnne in  
 Saluīum Julianum Marcellus & Julius Paulus, in Pa-  
 pinianum idem paulus & Vlpianus discipuli, auctore  
 Aelio Lampridio, in Antistium Labeonem Paulus &  
 Iabolenus, in Marcellū Marcianus, in Serbidiū Sc̄eo-  
 lā Paulus & Triphoninus notas scripserūt. Atq; nos  
 plerasq; habemus glossas & maximi nominis interpre-  
 tes: quos hac in re imitamur auctores. Adco ut uix u-  
 num & alterū locum reperias, ubi nostram sententiā,  
 addubitantēs attamen, secuti sumus, & sic ut nihil pror-  
 sus definiamus, relinquamusq; cuiuis ingenioso iudicā-  
 di facultatē. Porrò admonitos & rogatos uolo quo-  
 uis curiosos atq; rerū alienarum aestimatores, per Cha-  
 rites & omnes Musas, imo per Christum Opt. Max.  
 ut temere nihil reprehendāt: necq; à simili, necq; ex par-  
 ticularibus proloquijs, ut Erasmi Magni utar uerbo,  
 necq; ex alijs probabilitib; tantū & non necessarijs col-  
 lectionib; rem adgrediantur. Ne contrā audiant. pri-  
 mum similitudinē habere nēnum & ex omni parte nō  
 quadrare: dein ex particularibus proloquijs nihil con-  
 sequi: postremo uulgatum illud, quod ex l. ncq; nata-  
 les. C. de proba. colligitur: nō probare hoc esse, quod  
 ab eo contingit abesse. Sed uel legib; ipsis, uel efficaci-  
 bus argumentis atq; iustis rationib; idipsum agant.  
 Eos

A D L E C T O R E M .

Eos etenim solos, qui ad hunc modum uel probat uel improbat, admittimus. Et cum

Cedimus, inquit uicem praebemus crura sagittis.  
Nam non grauabimur, sicuti lapsi deprehensi fuerimus, citra omnem animi molestiam, calculum reuocare. Neque committemus ut  $\delta\omega\eta\lambda\kappa\tau\omega$  cuncta confundantur, adeoque nimium altercando amittatur ueritas; quod non erubescamus peccando & nostro periculo discere. Quandoquidem;

Qui uelit ingenio cedere Apellus erit.  
Id quod de me tibi candide Lector ultrò & ingenuè polliceor, atque bona fide promitto. Tantum abesse debet, ut  $\theta\mu\alpha\chi\iota\pi$  instituere in uotis habeam: quam sciam nemini unquam non exitium adulisse. Bene uale. E regio monte in Borussijs pridie calendas Sextilis. Anno à nato Christo seruatore M. D.  
**XXXIII.**

P iii

H

M 3 E R R A T A .

Sunt alia exemplaria, alijs emendatoria. quæ  
minus emendata sunt tu Lector ad  
hunc modum corripe.

A iij. facie. i. uersu v. lege: legum.

fa. ij. uer. vij. à fine: pupilla.

uer. xi. Canciuncula.

B ij. fa. i. uer. xij. futurum. uer. sequente: preiudicium.  
ver. xx. definiamus. ver. sequente: uox ipsa.

C i. fa. i. ver. xij. moram. ver. xv. in ius.

fa. ij. ver. vij. in iudiciale & extra iudiciale. Iudiciale  
rursus in necessarium & iudiciale: quod dicit &c.  
ver. xvi. dominium, quasi dominium.

C iij. fa. i. ver. ultimo: exceptionem.

D i. fa. ij. ver. vij. à fine: mauult.

D iij. fa. i. ver. vi. interprætatur. ver. ij. à fine. Fungi-  
bilis uel mensuralis uel numeralis uel ponderalis.  
Fungibilis ut uinum &c.

D iij. fa. i. ver. viij. hæreditates.

E ij. fa. i. &. ij. in secundo circulo lege: Agere, pro eo  
quod est: Agens.

F i. fa. i. ver. ix. peculiares species, peculiares differenti-

F ij. fa. ij. ver. xvi. adhibitam. (as.)

F iij. fa. ij. ver. i. peculijs.

F iij. fa. ij. ver. vlti. uniuersos &c.

G i. fa. ij. ver. vi. à fine: institutionibus. (mas.)

G ij. fa. i. ver. ix. Pupillus. Et fa. ij. ver. vlti. propriissi-

H


B R R A T A.

- H i.fa.i.ver.ij, incedens. fa. ij. ver. vlti, supellectili.  
H ij.fa.i.ver.vij. Si neq; censu.  
I i.fa.i.ver.vij.sive. ver.xij.hominem.  
fa.ij.ver.xvi.proprietatem.  
I ij.fa.i.ver.i.recipiat. ver.vij. à fine: uideatur.  
I ij.fa.i.ver.ij.altera. ver.sequente: adfini.  
fa.ij.ver.vij. à fine: forma.  
I ij.fa.ij.ver.xij.traditionem. ver.vi. à fine: de re  
li.& lump.fune. Impensæ in necessarias.  
K ij. fa.i.ver.xij.cum aliquot sequentibus lege: Has  
tres diuisionis species, siue hoc primum genus, au-  
sim ego docendi gratia, in præsentiarum, peculiari  
& specifica uoce esse entiale adpellare: ut eo manifesti  
us pateat discrimen, quod est inter ipsum atq; id qd  
sequitur.  
L i.fa.ij.ver.ij.ad municipalem. ver.vi.in hunc usq;  
M ij.fa.i.ver.ij.eius uidelicet.  
N ij.fa.i.ver.xij. iurisprudentiae, dialectica, rhetorica.  
N v.fa.i.in fine adde. le. quasi contractus.  
O ij.fa.ij.in initio. CIRCVMSTANTIAS,  
ver.vij. à fine: id quod tum fit.  
P i.fa.i.ver.ix:neq;  
P ij.fa.ij.ver. ij.homincs.

Hæc est Lector adhuc rudis indigestaç; moles:  
Alter erit foetus forsitan integrior.

АТАЛДА

и сълънчево дъно. Тънките сълънчеви лъчи  
съдържат зараза и тръбат да се извадят във  
времето на пролетта и летната половина.  
Сълънчевите лъчи съдържат зараза, която  
влиява на земята и водите, които възбудяват  
запашането на болестта, а също така и на  
туберкулозата. Сълънчевите лъчи съдържат  
зараза и тръбат да се извадят във времето на  
зимата и пролетта, когато запашането е възбудено.  
Сълънчевите лъчи съдържат зараза и тръбат да се извадят във  
времето на пролетта и летната половина. Мъжете  
и жените съдържат зараза и тръбат да се извадят във  
времето на пролетта и летната половина. И  
запашането е възбудено във времето на пролетта и летната половина. О  
тази зараза съдържат и сълънчевите лъчи, които възбудяват  
запашането. А сълънчевите лъчи съдържат зараза и тръбат да се извадят във  
времето на пролетта и летната половина.



OCN 66851219

